Jus St. Blatt fest.

Jo: Wolffg: Freyman à Milfela

S. C. M. Vicelanc: dd:

Bart: Khellnero à Zinne

à: 1592: cognato suo per

dilecto

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSES,

*Argumentis Breuioribus ex Luctatio Grammatico collectis expositæ: vna cum viuis singularum Transformationum iconibus in æs incisis.*

ANTVERPIÆ
EX OFFICINA PLANTINIANA
Apud viduam, & Ioannem Moretum.

ANNO 1728

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

F|1438 ✓



OPTIMÆ INDOLIS ADOLESCENTI,
LVDOVICO PEREZ DE BARON,
D. MARTINI PEREZ DE BARON F.
IOANN. MORETVS ANTVERP.
HÆC ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΩΝ OVIDII
ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ,
IN GRATAM NOBILISS. VIRORVM
D. LVD. PEREZ AVI, ET MARTINI
PEREZ DE BARON PATRIS,
OPTIME DE SE MERITORVM
MEMORIAM, INSCRIBEBAT.
KAL. IAN. ANNO M. D. XCI.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

EX ANTIQVO LAPIDE SVLMONE QVEM IVLIVS AGAPITVS HERCVLI CIOFANO DONO DEDIT.

WARBURG INSTITUTE

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## AD LECTOREM.

Pingunt Pictores, & fingunt multa Poëtæ,
Quæ licet indoctus ridicula esse putet;
Sunt tamen extra omnem cum primis seria ludum,
Et dempto arcanis cortice plena sacris.
Sic & in hoc nulla est Nasonis Fabula libro,
Quæ non delectet, commoneatque simul.
Sed quoniam vario capiuntur plurima sensu;
Arbitrio interpres sit sibi quisque suo:
Dummodo probrosi procul absit fomes amoris,
Et castæ menti quidquid obesse solet.

*Corn. Kil. Duffl.*



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. I. LIB. I.

CHAOS (*vt Hesiodus indicat*) *fuit ante Creationem mundi promiscua rerum confusio, quæ postea in suas species distincta & distributa est: ita vt leuissima corporum, æther igneus, & infra hunc aër frigidus, omniaq; sidera, sublimiorem partem sibi vendicarint, per quæ Solis splendor ac Lunæ vagaretur: grauissima autem, humus & aquâ, in ima parte subsederunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ARG. FAB. II. LIB. I.

SEPARATA *iam terra erat à ceteris elementis: ſed homo, nõdum natus, ipſius terræ cultor ac dominus futurus. Itaq; Prometheus, Iapeti filius, terram imbre molliuit, & ex hac hominem ad Dei ſimilitudinem & imaginem finxit, cui facies non prona, vt ceteris animantibus, eſſet in terram, ſed ſemper in cælum ſpectans erecta.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. III. LIB. I.

*MVNDVS iam creatus, quasi in ætates & secula quædam distribuitur, quibus pro varijs morum qualitatibus nomina sunt imposita, videlicet, Aureum, Argenteũ, Æneũ, & Ferreũ. Sicut enim hæc inter se metalla maximè discrepant, ita etiã istæ quatuor ætates longo à se interuallo remotæ sunt. Aureum verò dictum est seculum, in quo, regnante Saturno, rerum omnium plena fuit tranquillitas.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IIII. LIB. I.

*CVM Saturno, aurei ſæculi rectore, cæli arce deiecto, mundum teneret Iupiter, vt antè Saturnus: mundum in quatuor eaq; diuerſa tempora, coarctauit, vt Ver, priùs continuum, in quartam anni partem ſereniorem cogeretur; cui deinde Æſtatis ardor; tertiò Autumni infida temperies ſuccederet; ac poſtremò totus Annus rigidâ Hieme clauderetur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ARG. FAB. V. LIB. I.

TERTIVM *ſæculum æneum argenteo durius erat, quo homines à pace & concordiâ remoti, in prælia & res bellicas propendebant. Pòſt, Quartum, id eſt, ferreum ſæculum erupit, quod habendi cupiditate liuoréque adeò laborat, vt homines, non ſine periculo capitis, etiam ſe mari committerent; imò ad tantam rabiem progrederentur, vt ob teterrimam auaritiæ peſtem alij alios ferinâ quadam crudelitate è medio tollerent.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VI. LIB. I.

GIGANTES, *immenſæ molis homines, & ſimiles matri filios, Terra produxit, quorum magnitudini par exarſit audacia. nam exſtructis in excelſum aggerem montibus, ſacrilegas cæleſtibus ipſis manus inijcere conabantur: ſed fulminũ igne deturbati, genus impium profuſo ſanguine generarunt. Cruor enim ipſorum terræ permiſtus homines procreauit, non multum ab origine diſcrepantes.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VII. LIB. I.

IVPITER *horrendi ſceleris, quo ſe mortalium genus polluebat, impatiens, querimoniâ ad Deos relatâ, de totius terrarum Orbis deſtructione atque internecione conſilium capit. Nam ex Giganteo ſanguine naſcebatur hominum ſacrilegâ mente progenies: quod Lycaonis teſtatur exemplum, qui factis ſuis atrocibus iratum in ſe Iouem cum primis accenderat.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VIII. LIB. I.

*LYCAON, Arcadiæ Tyrannus, cùm aduenas & hospites trucidaret, Iupiter indutus humanâ specie, ad eius Regiam accedit, cui tanquam mortali necem Tyrannus præparans, humana priùs membra deuoranda, velut hospitali humanitate proponit. Quod cùm Iupiter sentiret, eum non penitus interemit, sed in lupi formam conuertit: qui & mores in rabie, & nomen Lycaonis in appellatione, retinuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IX. LIB. I.

*HABITA Iouis in concilio Deorum deliberatione, quonam ſupplicio humanũ genus delendum eſſet; tandem propter audaciã Lycaonis, ceterorumq; mortalium deploratam nequitiam, qui horrendis ſuis ſceleribus etiam Deorũ potentiam tentabant, vniuerſum Orbem terrarum profuſis imbribus inundauit; adeò vt opertis diluuio montibus, omnis humana caro, duobus tantùm exceptis, interiret.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute





Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. X. LIB. I.

*CVM vniuersum genus humanũ per aquas diluuij iam deletum & exstinctum esset; cymbula Deucalionis, cuius pater Prometheus erat, vnà cum Pyrrhâ Epimethei filiâ, & coniuge suâ carissimâ, (qui soli è cunctis mortalibus supererant) in Parnasso, monte Bœotiæ altissimo, ad nubes vsque penetrante, consedit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XI. LIB. I.

DEVCALION *vnà cum Pyrrhâ coniuge suâ, Themidis vatis oraculum, de reparando Mortalium genere consuluit. ex cuius responsione significatum est, vt corporibus discinctis, & velato capite, ossa Magnæ Parentis, id est lapides terræ, retrò atque à tergo iácerent. Proiecta igitur à Deucalione saxa, mares; à Pyrrhâ verò, feminæ confestim euaserunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ARG. FAB. XII. LIB. I.

*E vigore Solis, quæ est causa generationis animalium, terra post Cataclysmum, inter ceteras brutorum species, etiam Pythonem serpentem edidit, formâ quidem ignotâ mortalibus. Hunc Apollo sagittis interemit: &, ne eius nomen aboleret, ludos ac certamina in perpetuam rei memoriam instituit. Hinc & ipse Apollo, Pythius; ludi verò, Pythij sunt appellati.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

PYTHON SERPENS INTERFICITVR. XII. 29

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XIII. LIB. I.

DAPHNE, *Penei fluminis filia, cùm omnium virginum, quæ in Thessaliâ essent, speciosissima haberetur, adeò quidem, vt & Deos ipsos suâ pulchritudine caperet: Apollo, cùm eam conspexisset, formâ illius supra modum delectabatur. quam cùm neque pollicitis, neque precibus permouere posset, ei vim inferre conabatur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XIIII. LIB. I.

DAPHNE *ab Apolline diu multumq; cursu defatigata, & ipsius conspectum strenuè fugiens, tandem patrem inuocabat, vt ei auxilium ferret, & virginitatem; quam ipsi promiserat, conseruaret integram. Hanc ergo filiam suam, auditis ipsius precibus, parens, vt insequentis vim effugeret, in Laurum transmutauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




C

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XV. LIB. I.

*IO, Inachi amnis filia, cùm æquales suas specie superaret, à Ioue adamata est: quæ cùm in siluam opacam se reciperet, Iupiter, medio die nebulas induxit. Admotis deinde precibus, virgo Iouis desiderium expleuit. Ceterùm ne puella in Iunonis iram incideret, à compressore, post facinus perpetratum, in vaccam conuersa est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ARG. FAB. XVI. LIB. I.

*Vbi Iouis fallaciam Iuno intellexisset, petijt ab eo, vt veluti munus vaccam ipsi daret, quia ceteris armentis esset formosior. Iupiter verò, ne si denegaret, puellam proderet, confestim vxorem petitionis ac voti sui compotem reddit. Iuno igitur, ad prohibendum Iouis cum pellice concubitum, Argum, Aristonis filium, centum oculos habentem, ei præposuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XVII. LIB. I.

MERCVRIVS *à Ioue patre suo, ad Argum interficiendum, habitu pastorali mittitur: cuius ille mandato confestim obtemperans, ad Argum accedit, eundémque fistulæ dulcedine suauiter admodum demulcet, & oculos pastoris ita paulatim somno implicare conatur, vt faciliùs deinde necandi eius occasionem arripiat.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ARG. FAB. XVIII. LIB. I.

*SYRINGA, Nympharum Naiadúmque speciosissimam, cùm Pan, Demagorgonis filius, adamasset, eámque persequens vsque ad Ladonem Arcadiæ fluuium, compulisset; ipsa, ne vi castitatem deponere cogeretur, sororum auxilio in arundinem conuersa est, ex quâ Mercurij fistula deinceps conficiebatur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XIX. LIB. I.

*ARGVS, cantu fistulæ somno grauatus, à Mercurio capite truncatur. At Iuno ipsius oculos volucri suæ, nimirum Pauonì, attribuit, eiúsque caudam pennis insignibus ornauit. Io autem vacca, diu multúmque, odio Iunonis, furijs agitata, tandem in pristinam figuram reuersa est, & Isidis Deæ nomen accepit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. I. LIB. II.

PHAETHON *ex Sole conceptus, & à matre Clymene, Oceani & Tethyos filia, procreatus, cùm ad ætatem peruenißet adultam, à matre ad patrem, Solem videlicet Orientem, mittitur. At ille, optione sibi à patre conceßâ, regendi currus Solaris amore accensus, poſt multas & fideles monitiones, liberam eius rei facultatem conſequitur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. II. LIB. II.

PHAETHON *iam currũ patris adſcendens, cum per ignotum iter, monitis paternis obedire nolens, vagaretur; quatuor equi, ab alieno aurigâ malè gubernati & conterriti, pronam mundi partem petierunt, multásque mortalium regiones, vrbes, montes, ſiluas, vnà cum hominibus ſubito ardore inflammatas, abſumpſerunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. III. LIB. II.

*CVM in tam horribili Phaëthontis incendio, terra profusis quasi lacrymis auxilium Iouis imploraret, & ne totus orbis flammis absumeretur, obnixè peteret; Phaëthon, fulmine ictus, de curru præcipitatus est, quem Eridanus fluuius excepit. Itaque liberati vinculis equi, agnito itinere, ad suam stationem reuersi sunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

D

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IIII. LIB. II.

SORORES *Phaëthontis Heliades, miserabilem fratris sui casum deflentes, Deorũ benignitati ac misericordiâ in arbores populeas mutatæ; lacrymæ autem earum de ramis effluentes, atq; calore Solis induratæ, in Electrũ conuersæ sunt. Item rex Liguriæ Cygnus, Phaëthonti propinquitate coniunctus, ad Padi ripas casum amici deflens, in auẽ sui nominis euasit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. V. LIB. II.

PHOEBVS *ob miſerabilem filij ſui caſum magnopere contriſtatus, eundémque animo indigno ferens, præbendæ poſthac lucis officium mundo denegat. Ceterùm à Ioue, ac reliquis Cælicolis, tandem multis precibus exoratus, amentes equos colligit, & verberibus duriter in eos graſſatur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

APOLLO LVCEM ORBI DENEGAT. V. 53

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VI. LIB. II.

*IVPITER cùm circa montem Arcadiæ, vbi genitus existimatur, vagaretur; in Calistûs, Lycaonis filiæ, amorem incidit. cui cùm preces de expletione desiderij sui admouisset, frustratásque suas voces intellexisset, astu eam subijt; eíque fatigatæ, in Dianæ sexum conuersus, pharetra & sagittis ornatus, occurrit. tum virgo, veste deposita, Iouem experta est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VII. LIB. II.

*CVM Iupiter Calisto inuitam, & præter omnem eius voluntatem ac meritum vitiasset; à Iunone delictum hoc immerenti minimè remittebatur. Nam cùm inter lauandum ferre vterum ipsam animaduerteret, confestim pellicatu eius incensa est: ac ne ampliùs coniugem suum pulchritudine caperet, in Vrsam Calisto, post sobolem procreatam, Saturnia transfigurauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ARG. FAB. VIII. LIB. II.

CALISTO *cum Arcade filio suo, quem è Iouis concubitu enixa fuit, in cælum à Ioue translati, inter astra ambo collocantur, quæ à Græcis Helices ac Cynosuræ nomen accepere. A Tethy autem & Oceano, ob iram Iunonis, inter cetera sidera hæc liquore non tinguntur, vt Hesiodus indicat. Ipse verò Arcas in cælum translatus, Arctophylax dicitur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IX. LIB. II.

*MINERVA Erichtoniũ, Vulcani filiũ, ex eo quòd è complexu ipsius in terram ceciderat, natum, sustulit, & comitibus suis Pandroso, Hersæ, Aglauróque Cecropis filiabus, cistellâ vimineâ inclusum, custodiendum tradidit, seuerè præcipiens; ne quis, quod intus erat, inspiceret. Ceterùm à custodibus cistula laxata, & infans, partim homo, partim serpens, conspectus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. X. LIB. II

POSTQVAM *Coronis, Regis Coronei filia, Cecropidarum, in aperiendâ cistâ, diuulgaret audaciam, eámque ad Palladem referret, protinus à Mineruæ comitatu fuit repulsa. Cùm igitur, in solitudinem se conferens, oblectaretur littore; Neptunus procul eâ conspectâ, amore virginis incaluit. cui cùm vim afferre conaretur, ab eâdem Deâ, ad virginitatem retinendam, in auiculam Cornicen est transmutata.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XI. LIB. II.

CORVVS *volucris initio naturæ candidis pennis plumatus fuit. Is Coronidem, Coronei filiam, indicauit Apollini cum Elati filio, cui nomen Ischys erat, concubuisse. Vnde flagrantis Dei sagittis puella confixa est. Phœbus autem, cùm facti eum pœniteret, coruo garrulitatis ergô nigrum colorem indidit. Ex hac & Apolline natus est Æsculapius, quem pater, exciso matris vtero, ad Chironem in Pelion montem detulit, vt ab eo incrementum simúlque medendi scientiam addisceret.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XII. LIB. II.

OCYROE *Chironis filia, contemptis patris sui artibus, futura præcinit, infantíque Æsculapio prædixit, quòd Medicinâ mortuos in vitam reducturus esset, & ab auo fulminis ictum experturus: Patrem quoque sagittis cruciandum, cupidúmque mortis ex Deo mortalem futurum, prænunciauit. Quæ vaticinia cùm esset elocuta, in equæ cessit figuram, ne, aduersantibus fatis, plura ederet quàm prædicta Apollinis largirentur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XIII. LIB. II.

MERCVRIVS *Apollini boues Admeti, Pherilis filij, pascēti in Pyliæ agris, auertit & in silua occuluit. Batto autem hoc videnti, vaccam, ne furtum proderet, dono dedit. quam ille accipiens, proximum lapidem citiùs, quàm se, aliquid ea de re locuturum, affirmauit. Statim igitur Mercurius, mutatâ figurâ reuersus, se amissos boues quærere simulat, ac Batto duplex præmium promittit: qui cùm ei montem, vbi pascerentur, ostendisset, propter perfidiam in saxum transmutatus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XIIII. LIB. II.

*ATHENIS virgines per solenne sacrificium canistris Mineruæ ferebant pigmenta: inter quas à Mercurio conspecta est Herse, Cecropis filia. Quamobrem aggressus sororem eius Aglauron, precatus est eam, vt se Hersæ, sorori suæ, coniungeret. Quæ cùm ab eo pro ministerio aurum poposcisset, Pallas grauiter ei offensa est, cùm ob cistulam quam aperuit, tum ob auaritiam, quòd auro tam turpiter inhiaret.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XV. LIB. II.

AGLAVROS, *vna ex Cecropis filiabus, cùm ob arcanorum reuelationem, tum ob auaritiam, inuidiâ & liuore correpta fuit. Antequam verò singulas rei circumstantias accuratè describat Poëta, Inuidiæ* προσωπογραφίαν, *domúsque eius luculentam designationem, vnà cùm proprietatibus huius sceleris, præmittit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XVI. LIB. II.

*CVM Pallas iam Aglauro, Cecropis filiæ, ſtimulos Inuidiæ addidiſſet; ea quidem diu multúmque, ob felicitatem ſororis, liuore cruciabatur, & Mercurio magnopere repugnabat, ne amata Herſe potiretur. Tandem cùm à ſuo propoſito Aglauros non deſiſteret, & ingreſſum Mercurio prohiberet; ab ipſo in lapidem conuerſa eſt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XVII. LIB. II.

MERCVRIO, *iussu patris, in Phœnicia regione armenta ad littus compellente, Iupiter in Taurum conuersus est. qui dum se iuuencis Agenoris regis immiscebat, in amorem sui spaciantes in arenâ virgines allexit, & cum singulis paulatim ludens, tandem Europam, Agenoris filiã, insidentem sibi tergo, per mare in Cretã insulam detulit, ibíque concubitu eius potitus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. I. LIB. III.

CADMVS, *Agenoris regis Phœniciæ filius, à patre ablegatus, Europam sororem, fraude Iouis surreptam, in omnibus terræ partibus quæsiuit: at eam cùm nusquam inueniret, ab Apolline admonitus, Bæotiam condere (nam in patris prodire conspectum verebatur) in animo habet. Ioui autem priùs sacrificaturus, socios è vicino Martis fonte ad hauriendam aquam dimittit, qui ab horrendo quodam dracone ad locum istum interfecti sunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. II. LIB. III.

CADMVS *ſocios ſuos ad fontem ablegatos, per aliquot horas ſolicitè exſpectans, quærere tandem incipit: ac nemus ingrediens, eminus horrendum Draconem illorum viſcera deglutire videt. ad quem ipſe, pelle leonis indutus, probéque armatus, accedit, & monſtrum illud ſolus, magnis cum laboribus extremóque vitæ periculo, deuincit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. III. LIB. III.

POSTQVAM *Cadmus magnum illum Draconem interfecit, dentes ipsius, à Minerua admonitus, humo sparsit: ex quibus armatorum hominum ingens multitudo progenita est, quæ inter sese domestico confligens bello, vniuersa deletur, quinque viris tantùm exceptis, qui deinceps è prælio superstites, Cadmo condendæ vrbis socij exstiterunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IIII. LIB. III.

DIANA, *cùm in valle Gargaphiæ, æstiuo tempore, assiduo venationis labore defatigata, se ad fontem perlueret; Actæon, Aristæi & Autonoes filius, eundem locum petens, ad refrigerandum se & canes, quos feras persequendo exercuerat, in eiusdem Deæ conspectum incidit: qui, ne hanc ipsam rem diuulgare posset, in ceruum ab ea conuersus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. V. LIB. III.

*ACTAEON à Diana in ceruũ mutatus, per ſiluas hinc inde, rationis adhuc compos, vagabatur: ſed voce deſtitutus humana, ſuſpiriis modò dolorem & luctum innuebat, neque ad regna patris recipere ſe audebat, neque in ſiluis habitandi locum ſibi tutum exiſtimabat. Dubius igitur cùm eſſet quid rerum ageret, eius canes gregatim in dominum ſuum, pro fera habitum, irruentes, violentis eum morſibus diſcerpſerunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ACTÆON A PROPRIIS CANIB. DISCERPTVS. V. 87

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VI. LIB. III.

*IVNO Semelen, Cadmi & Hermiones filiam, suspectam habens quòd cum Ioue cōcubuisset, in anum conuersa, ipsam aggreditur, póstque varios sermones tandem ei persuadet, ne posthac alio Iouem apparatu admittat, quàm quo Iunoni apparere cōsueuisset. Quod cùm Semele à Ioue impetrasset, instructus tonitribus fulminibusq; ad eam accedit, ædésque vnà cum puella flammis absumit: infantem tamen Liberum, vtero materno exemptum suo femori insuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VII. LIB. III.

*LIRIOPE nympha, ex amne Cesipho procreabat Narcissum, insigni formâ iuuenem. qui cùm Echo, aliásque multas contempsisset puellas; Nemesis vltrix ei amorem sui, φιλαυτίαν dictum, inspirauit, vt sui ipsius flammâ exureretur. Proinde cùm ex nimia aliquando venatione fatigatus, aquam è fonte hauriret, imaginem sui conspexit, & præ ardentier ga seipsum amore extabescens, vitâ priuatus in florem sui nominis euasit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VIII. LIB. III.

PENTHEVS, *Echionis & Agaues filius, Tiresiæ vaticinium aspernatus, cùm in aduentu Liberi patris, Thebani hedera redimiti obuiam ei procederent, suos ire prohibet, & illud spectaculũ omnino pro nihilo ducit, negans ex Semele Bacchum deum esse procreatum. Ilico etiam famulis suis imperat, vt Liberum ad se vinctum attrahant, eidémque mortis discrimen intentat.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IX. LIB. III.

LIBER *aliquando Naxum insulam petens, in Tyrrhenos incidit: à quibus propter eximiam formæ pulchritudinē captus, pro præda nauigio impositus est. qui vt vidit se non in Naxon, ad quam vehi pactionis ratione cupiebat, sed in aliā duci regionem; armamenta nauis in feras ac serpentes conuertit. quo prodigio Tyrrheni statim exterriti, in pelagus se præcipites dedere, ac in Delphinos mutati sunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. X. LIB. III.

*CVM rex Pentheus Bacchum denuo custodiâ claderet, fores sua sponte patefactæ sunt, & vincula manibus eius exciderunt. Tum rex in montem Cithæronа ad sacra se recepit, ibíque Agauen matrem (quæ propter ipsius furorem animum à filio alienum gerebat, vnà cum sororibus Ino & Autonoe adiuuantibus) incitauit, vt eum sacra proterentem sua manu interimerent, cruentísque lacerarent morsibus.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ARG. FAB. I. LIB. IIII.

PYRAMVS & *Thisbe, tam formâ quàm ætate pares, contiguis habitantes ædibus, per rimam parietis sæpe collocuti, amoris fundamenta iecerunt. tandem etiam inter se pacti sunt, vt matutino tempore ad monumentum Nini Regis, sub arbore moro conuenirent. Cùm autem celerius Thisbe ad destinatum locum se reciperet, conspectu leænæ exterrita, abiecto amictu, in siluam refugit. At fera à recenti prædâ ad fontem vicinum decurrens, vestem virginis relictam cruento ore lacerauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. II. LIB. IIII.

*POST Thisbes abitum, Pyramus ad locum destinatum aliquanto seriùs veniens, amictum sanguine consperſum reperit. Existimans igitur eam à fera deuoratam, suo sibimetipsi gladio mortem consciscit. Deinde Thisbe, deposito metu, ad eundē reuersa locum, cùm se videret adolescenti causam necis præbuisse, ne diutius in mærore sola exsisteret, eodem se ferro transfixit. Horum itaque cruore arbor adspersa, albos suos fructus in colorem sanguineum commutauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. III. LIB. IIII.

*SOL, postquam Martem olim cum Venere coëuntem cerneret, ad Vulcanum, eius maritum, hoc facinus detulit: qui supra modum indignatus, catenis tenuissimis, retium instar, cubile circumdedit; quibus Martem cum Venere rem habentem sic implicauit, vt alter ab alterâ diuelli nullo modo posset. Patefacto deinde cubiculo, ambos omniũ Deorum oculis spectandos subiecit, & eorum malitiam apertè hoc pacto retexit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute





Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IIII. LIB. IIII.

*VENVS, propter adulterium suum à Sole diuulgatum, ei Leucothoës, Orchami Achemeniæ principis & Eurimones filiæ, amorem immisit; qui, vt commodiùs ea potiretur, se in matris Eurimones formam transmutauit. Cùm verò pater Orchamus eã vitiatam esse, indicio Clitiæ, Solis amicæ, cognouisset, filiam sub terram defodit: quæ deinceps, misericordia Phœbi, in virgam seu arborem thuris est conuersa.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute






Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. V. LIB. IIII.

*HERMAPHRODITVS, Mercurij & Veneris filius, à Naiadibus nymphis in monte Idæ educatus, relictis earum sedibus, ad fontem Salmacis nymphæ peruenit; eumq; tandem ingressus, statim complexibus Naiadis colligatus, nec antè ab eâ dimissus est, quàm à Dijs impetrasset, vt in vnam eandemq; speciem ambo mutarentur. Ita duobus coniunctis corporibus, Hermaphroditus tam masculinum quàm muliebrem sexum est adeptus.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VI. LIB. IIII.

*IVNO, grauiter ferens Ino, Cadmi filiam, Bacchi nutricem, ſuíque contemptricem numinis, ſororibus punitis, cum duobus liberis in vitâ relictam, per Tenarum promontorium Pelopones inferorum ſequens iter, ad Erinnyes impiorum vltrices deſcendit, & vnam è Furijs, nomine Theſiphonen, excitauit, eidémque cùm precibus, tum minis ſeriò inſtitit, vt Athamanta, regem Thebarum, vnà cum Ino coniuge, ob numinis ſui comtemptum, vlciſceretur. cuius imperium dea tartarea ſtatim expediuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VII. LIB. IIII.

*THESIPHONE, vna ex Eumenidibus, Iunonis imperio parens, relictâ Ditis regiâ, sese ad superos recepit. Quæ postquam ad aulam Athamantis peruenit, in eius & coniugis sinum horribiles angues & virus effudit, quibus animi eorũ, corporibus intactis, grauissimè læsi sunt, tantoq; furore perciti, vt sensus amborum à pristinis moribus prorsus alienati fuerint. Vnde & ipsi tandem, vnà cum liberis, grauissimos cruciatus pertulerunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ATHAMAS ET INO FVRORE PERCITI. VII. III

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VIII. LIB. IIII.

*ATHAMAS à Thesiphone dea infernali vnà cum vxore ad insaniam redactus, Learchum filium suum, quasi in venatione, pro ferâ, interficit. Ino autem Melicertam filium è scopulo secum in profundum æquor præcipitauit. Qui, precibus Veneris à Neptuno pelagi rectore, in Deorum numerum relati sunt, ita vt Melicerta Palæmon, & Ino Leucothoë inter maximos Deos nuncuparentur. Comites verò Inûs partim lapides, partim volucres euasere.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ATHAMAS LEARCHVM FILIVM NECAT. VIII. III3

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IX. LIB. IIII.

CADMVS, *Agenoris filius, varijs suorum calamitatibus & infortunijs vexatus, Thebarum sedem perosus, vnà cum Hermione, Martis & Veneris filiâ, coniuge suâ, inde recessit, seq; in Illyriam contulit, vbi cum vxore à Dijs in speciem Draconis conuertebatur: qui ambo deinceps in siluarum latebras repsêre, & memores adhuc humanæ formæ, ab hominibus lædendis abstinuerunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. X. LIB. IIII.

*ATLAS rex Mauritaniæ, Iapeti & Pleiones, ſeu, vt alij volunt, Clymones filius, à Themide, quæ initio Antiſtes Deorum erat, reſponſum accepit, ne quem hoſpitio ex progenie Iouis ſuſciperet, ſi modò vellet hortum, in quo poma erant aurea, ſaluum & integrum retinere. Cùm igitur eam ob cauſam Perſeo, ex aſſiduo curſu defatigato, requieſcẽdi apud ſe locum denegaſſet, is prolatum ei Gorgonis caput obiecit, quo viſo, Atlas in montem eiuſdem nominis eſt tranſmutatus.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XI. LIB. IIII.

PERSEVS *per Æthiopiam iter faciens, postquam Andromedam, propter superbiam matris, quæ se Nereidum nympharum pulcritudini prætulerat, saxo alligatam, ac marinæ beluæ obiectam vidit, captus specie eius exarsit. Paciscens igitur cum Cepheo, Iasi filio, Æthiopum rege, & Cassipea, parentibus virginis, vt si beluam interemisset, ea sibi matrim onio traderetur, confestim draconem confecit, atque hac ratione puellâ potitus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XII. LIB. IIII.

*MEDVSA Gorgo, Phorci filia, cùm propter pulcritudinem à pluribus peteretur, coniugium Neptuni effugere non potuit. Hæc, quia in templo Mineruæ cum ipso concubuit, ob loci prophanationem, ipsius crines in serpẽtes mutati sunt. quos quicumq; deinceps adspexerat, in saxũ conuersus est. Perseus igitur ei dormienti, tectus scuto Palladis, caput abscidit. pòst insidens Pegaso, quem ex Neptuno Medusa peperit, in varias hinc inde regiones auectus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. I. LIB. V.

*CVM Perseus Andromeden, interfectâ beluâ, periculo mortis liberasset; pater, prout antè promiserat, ipsi filiam in matrimonium tradidit. Celebratis igitur nuptijs, multi principes regalibus epulis interfuere. Phineus autem, Cephei frater, cui Andromeda priùs desponsata erat, contumeliâ se affectum putans, quòd aduena consanguineo esset præpositus, inter conuiuandum horribilem tumultum excitauit, in quo vtrimque plurimi sunt interfecti.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. II. LIB. V.

*CVM inter conuiuas horrendum in Regiâ prælium agitaretur, & multi ex vtraq; parte armis, quibus eos casus obtulerat, caderent; nouissimè Perseus aduersariorum ingentē pertimescens multitudinem, mandabat suis, vt è conspectu ipsius discederent, caput Gorgonis extulit: quo viso, Phineus, cum omnibus suis socijs auxiliantibus, in saxum conuersus est, itáque dignas suæ temeritatis pœnas dedit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. III. LIB. V.

PEGASVS, *equus alatus (de quo suprà) è sanguine colli Medusæ exsiliens, ad Heliconem Bœotiæ montem peruenit: vbi cùm terram pedis vngulâ percussisset, illico fons (qui ἱππουκρήνη, hoc est, Caballinus fons appellatus est) exortus fuisse memoratur. Ad eũ igitur videndum, relicto Perseo, Pallas profecta est, quæ à Musis singulari cum humanitate confestim ad ipsum fuit deducta.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IIII. LIB. V.

*MVSAE, cùm montem Parnasum peterent, aduersis tempestatibus, inuitatæ à Pyreneo (qui Thrax fuit tyrannus, & Daulida, Phocidis vrbem, vi occupauit) tecta eius subierũt. qui pulcritudine captus virginum, clausis foribus illis vim afferre conabatur. Sed Musæ, in aues conuersæ, euolarunt. quas cùm persequi Pyreneus vellet, ex arce se præcipitauit, caputq; terræ illidens, vitâ continuò defunctus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

I

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. V. LIB. V.

*VENVS molesto ferens animo, quòd & Diana, & Proserpina, Cereris filia, numen suum coniugijq; fœdera despicatui haberent, Ditem (qui territus viribus Typhonis, Ætnam mouentis, cui à Dijs subiectus erat, ab inferis eruperat) per Cupidinem, filium suum commouit, vti Proserpinam, amore eius incensus, circa Ætnam montem flores, vnà cum Mineruâ atque Dianâ, legentem raperet, eandémque secum ad Orcum, currui impositam, aueheret.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VI. LIB. V.

*CVM Proserpina circa Ætnam montẽ flores, vnà cum Mineruâ & Dianâ, legeret; Pluto ipsam, amore inflammatus, surripuit. plaustro autẽ rapidissimo eam vehens, à Cyane nymphâ, quam dilexerat Anapus amnis, intercedente retardatus est. Incensus igitur irâ Deus infernalis, sceptro terram percussit: quâ statim adapertâ, celerrimo cursu ad inferos cum amicâ deuectus est. Cyane verò in stagnum sui nominis transmutatur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

PLVTO RAPIT PROSERPINAM. VI. 133

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ARG. FAB. VII. LIB. V.

CERES *per vniuersum orbem filiam Proserpinam requirens, ad casam tandem cuiusdam anus deuenit, à quâ, æstu torrida, sibi aquam ad colluendum os postulauit. Hæc igitur cùm potionem polentâ commixtam ei daret ipsaq; Ceres auidiùs biberet, à puero quodã derisa est, quẽ subito Dea in stellionem conuertit. deinde cùm à nymphâ Arethusâ percepisset, filiã à Dite raptã; à Ioue impetrauit, vt alterã anni partẽ cũ marito inferiùs, alterã cũ matre supra terrã Proserpina degeret.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VIII. LIB. V.

ARETHVSA *Achaidum nympharum formosissima, venatrix ac Dianæ comes fuit: quæ cùm fortè in Alpheo flumine lauaret, ita ab eodem amne diligebatur, vt is amore eius vehementissimè inflammatus, sumptâ viri formâ, virginem cursu velocissimo prosequeretur. Hæc autem persequentis ictum effugere conata, Dianam implorabat, vt laboranti ferret auxilium: quæ ab eâ in fontem sui nominis conuersa, primò per loca subterranea se diffudit, pòst ad superos fuit euocata.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IX. LIB. V.

CERES olim receptâ filia, Athenas aduolauit, currumq; à draconibus alatis vectũ Triptolemo, Celei & Deiopes filio, dono dedit, vt is frumenti vsum & agriculturam mortales doceret. Qui cùm in Scythiã vsque peruenisset, à Lynco Rege hospitio exceptus, in extremo mortis discrimine versabatur. Lyncus enim, cùm aduentus causam intelligeret, Triptolemũ somno grauatum exstinguere molitus est: quamobrẽ Ceres Regem in Lynca feram commutauit.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. I. LIB. VI.

*NIOBE, Tantali filia, propter insolentiam suam, Phœbi ac Dianæ potentiam experta est. cùm enim Thebani omnes Latonæ sacrificarent, sola est inuenta Niobe cum septem suis filijs totidemq; puellis, quæ numen prædictæ Deæ aspernabatur. Apollo igitur & Diana Thebas venientes, vniuersos Niobes liberos sagittis transfoderunt. hinc pater Amphion præ nimio dolore mortem sibi consciuit: ipsa autem mater, mærore confecta, in silicem tandem transformata est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

LIB. VI. NIOBE CVM FILIIS INTERIMITVR. I. 141

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. II. LIB. VI.

*LATONA, Cæi filia, cùm Iunonis odio gemellos suos, Apollinem & Dianã, ex Ioue conceptos difficulter parere posset, nullaq; regio errantem exciperet; tandem edito partu in Lyciam venit, & ardore æstûs, ac longitudine viæ, sitim sedare cupiens, à rusticis, qui vluam & iuncum prope lacum colligebant, propiùs accedere, & aquam haurire prohibita est. Quamobrem accensa irâ petijt à Dijs, vt agricolæ stagno nunquam carerent. quod statim accidit, rusticosq; omnes Iupiter in ranas transfigurauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. III. LIB. VI.

*SATYRVS nomine Marsyas cum Apollinetibiâ contendere ausus fuit. victus autem à Phœbo, propter temeritatem, quia Deo cedere nollet, suspensus est, & cute nudatus. hunc Nymphæ ac Satyri, cæteriq; ruris incolæ, ita fletu prosecuti sunt, quòd in posterum eius cantu carere cogerentur, vt lacrymis eorum flumen increuerit: quod deinceps eius nomine in Phrygiâ à maioribus Marsya nuncupabatur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IIII. LIB. VI.

TEREVS, *Martis filius, Rex Thracũ, postquam auxilia multis tulit Regibus, etiam Pandioni Athenis regnanti, cùm à proximis ciuitatibus oppugnaretur, non defuit. Is igitur propter officium sibi præstitum Prognem filiam suam in matrimonium illi dedit. Celebratis autem nuptijs, Eumenides lectum iugalem strauerunt, & primâ nocte concubitus, in culmine tecti bubo conspecta fuit, quæ nouo coniugio funestum omen adferebat.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. V. LIB. VI.

PROGNE *deportata in mariti regnum, cùm ex longo temporis interuallo Philomelam sororem desideraret, petijt à Tereo vt proficisceretur Athenas, & sororem sibi ad solenne sacrificium adduceret. Rex igitur vxori obediens, Athenas profectus, ibidemq; hospitio soceri sui Pandionis familiarissimè vsus est, & Philomelam, vix multis precibus ab inuito parente impetratam, secum, eius amore tacitè inflammatus, auexit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

TEREVS PHILOMELAM SECVM ABDVCIT. V. 149

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VI. LIB. VI.

*TEREVS Philomelam in Thraciam ducens, eam vi correptam stabulis inclusit, vt posthac, sine cuiusquam suspicione, sæpius ad eam commeare, & illicito illius amore frui posset. Cùm autem illa minitaretur, se velle eius iniuriam, & vim sibi illatam, omnibus patefacere, Tereus ei, ne commissa posset eloqui ac diuulgare, linguam præscidit, & coniugi, sororem ipsius mortem oppetiisse, mentitus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute





Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VII. LIB. VI.

PHILOMELA *ſtabulo detenta, cùm exſectâ linguâ Terei crudelitatem & iniuriã eloqui non poſſet, panno hoc ipſum facinus literarũ notis intexuit, eumq; ad ſororem perferendũ curauit. Quo inſpecto, & coniugis ſui perfidiam, & germanæ caſum Progne cognouit. Quamobrem ſacra celebrare Libero patri conſtituens, more bacchantis ad ſtabula properat, ſororemq; è carcere liberatam ſecum in Regiam abducit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VIII. LIB. VI.

*PROGNE, sororis casu, & mariti facinore commota, filium suum Ityn occidit, & dapibus miscuit. Cùm autem Tereus inter epulandũ Ityn desideraret, caput eius sorores in Tyranni sinũ proiecerunt, dicentes: Intus habes quem desideras. Intelligens ergo Tereus scelus scelere punitum esse, sororem coniugis persequitur: sed ea, Deorũ voluntate, in Luscinią, Progne in Hirundinem, & ipse Rex in Vpupam, euaserunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

PROGNE TRVCIDAT SOBOLEM SVAM. VIII.155

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IX. LIB. VI.

*AQVILO cùm Orithyiam, regis Atheniensiũ Erechthei filiam, amaret, nec vllis precibus à parẽtibus impetrare posset vt sibi in matrimoniũ daretur, viribus suis vsus Athenas deuenit, & virginem raptam in Thraciam deportauit : vbi ab ipso grauida facta gemellos peperit, Zethem & Calaim; quorum postea humeris alæ volucrum increuerunt, vt nimirum parentis quoque imaginem aliquâ ex parte referrent.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. I. LIB. VII.

IASONI *Thessalo, Æsonis filio, Pelia Neptuni filius suasit, vt in Colchos, Asiæ regionem, ad vellus aureum reportandum proficisceretur, sperans eum vel in mari, vel peregrinâ terrâ periturum. Huius igitur monitis auscultans Iason, collectâ non exiguâ Græciæ iuuentute, Argoq; naue fabricatâ, profectionem instituit: vtq; Aetæ, Solis filij, Regiam contigit, Medea, Regis filia, eius pulcritudine permota, occultam ei rapiendi velleris artem commonstrauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. II. LIB. VII.

*CVM Iason Medeæ fidem coniugij dedisset, ipsa tauros spirantes ignem, armatosq; milites, & Draconem peruigilem, aureum vellus simul custodientes, magicis quibusdam carminibus iuueni parêre coëgit, adeò vt tauri se iugo submitterent, & armatorum manus, in se conuersa, mutuo bello concideret; draconis autem oculi somno implicarentur. Quibus gestis, Iason, ablato vellere, vnà cum Medeâ Corinthum abijt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

L

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. III. LIB. VII.

IASON, *postquam Medeam secum abductam in Græciam transportauit, petijt ab eâ vt Æsonẽ parentem, iam decrepitum, & extremâ senectute grauatum, in adolescentiam suis artibus reuocaret. Cuius precibus vxor obtemperans, Deorum auxilium implorat, & deinceps varia herbarum genera, varijs ex regionibus vndique conquisita, colligit, quibus Æsonem, decrepitum senem, in floridum ætatis virilis statum reducit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

MEDEA IMPLORAT AVXILIVM DEORVM. III. 163

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IIII. LIB. VII.

MEDEA *innumera herbarum genera hinc inde colligẽs, eas aheno, igni feruẽti imposito, coxit: & cùm anim aduerteret stipitem, quo versabat illas, in arborem oleam, baccis refertã, esse commutatũ, & ea quæ ex aheno despumato in terram deciderant, in herbam statim lætissimam conuersa; mox Æsonis iugulum gladio resoluit, & loco effusi sanguinis, vulneri madentes herbas inseruit: vnde senex in pristinum iuuentutis vigorem restitutus est,*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. V. LIB. VII.

*PELIADES, Peliæ filiæ, cùm arietem senio confectum, à Medeâ in agnum transfiguratum viderent, eam rogabāt vt Peliæ iam decrepito, simili arte iuuentutem suam restitueret. Hæc igitur senē, Iasonis inimicum, vlcisci cupiens, filias ad parentem interficiendum impulit, laceratagꝫ membra in feruens ahenum demitti præcepit. Hoc ita facto, senex miserabiliter perijt: ipsa verò Medea, currum draconibus iunctum conscendens, è conspectu inimicorum aufugit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VI. LIB. VII.

CVM *Phillius quidam graui amore Cygni, filij Hieres, captus esset, & multa imperio pueri peregisset, tandem taurum ei domitum denegauit. Quamobrem ægro & molesto animo ferens Cygnus Phillij contumaciam, ex altissimo monte in terram se præcipitauit: sed miseratione Deorum in olorem auem conuersus est, & Hiere, mater eius, flendo in stagnum delicuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

CYGNVS HIERES FILIVS IN OLOREM. VI. 169

L 5

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VII. LIB. VII.

REVERSA *tandem in Thessaliam Medea, postquam vidit Creusam, Creontis Corinthiorũ Regis filiam, ab Iasone sibi prælatam, & in matrimonium ab eodem ductam esse; aulã furibunda incendit, & ita Creusam vnà cum patre combussit. natos etiam suos, ex Iasone susceptos, in conspectu coniugis crudeliter mactauit: itaq; iniuriam, sibi ab Iasone illatam, extremâ quadam immanitate vindicauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VIII. LIB. VII.

MEDEAM *Athenas profectam Rex Aegeus & hospitio suscepit, & matrimonio sibi iunxit. Huius filium Thesea, cùm ille varijs laboribus fessus, ignotâ hospitis specie, domũ rediret, Medea pertimescens, venenum ei, quod aconitum nominant, apparauit. Nam Hercules ab inferis canem tricipitem olim ad superos eduxit. is ex aëre insueto euomuit spumam, quæ in aconitum, herbam venenosam, est conuersa. At Theseus, à poculus monitu parentis abstinens, seruatus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IX. LIB. VII.

CVM *Minos, Rex Cretensium, cum Atheniensibus bella gereret, multæ ex Cycladibus insulæ ab eo defecerunt. Iustis igitur ad expeditionem bellicam destitutus copijs, ab Æaco Oenopiæ Rege, aduersus Athenienses præsidia poposcit: sed repulsam passus, ingenti cum luctu discedit. At vbi Cephalus Procrin, Regis Atheniensium filiam, coniugio sibi iunctam habens, auxilia petijsset pro Atheniensibus, humaniter ab Aeacidis & acceptus, & voti sui compos factus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. X. LIB. VII.

*AEACVS Rex Thessaliæ, Iouis & Aegniæ filius, cùm Oenopiam, seu Oenomiam insulam, coniugis nomine pòst Aegniam quoque appellatam, incoleret; grauis pestilentia eam inuadebat, adeò vt infecto aëre, terrâ, gramine, fontibus, & pecorum & hominum incredibilis copia caderet, & locus iste populis pænè totus euacuaretur. Hanc miseranda stragem irâ Iunonis immissam, Aeacus Cephalo luculenter commemorat.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

M

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XI. LIB. VII.

POST *grauem in Aegniâ insulâ pestilentiam, diu multumq; grassatam, Aeacus tandem precibus à Ioue impetrauit, vt euacuatâ iam insulâ, quot formicæ in quercu apparuissent, tot conuersæ in hominum species, desideratam multitudinem explerent. Homines igitur ex eiusmodi animalibus procreati, Myrmidones dicebantur. Formicæ enim Græcè* μύρμηκες *vocãtur: vnde nouis populis nomen Myrmidonum est impositum.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XII. LIB. VII.

CVM Cephalus in monte Hymeto regionis Atticæ venaretur, ab Aurorâ propter insignem corporis pulcritudinem raptus est. Quem vt comperit Procridis, suæ coniugis, amore implicitũ, à se velle diuertere, fecit vt mutatâ specie tenderet Athenas, eamq; & pollicitis & muneribus tentaret an pudicitiam retineret integram. Quo facto, Cephalus fidem coniugis suæ parum sinceram animaduertit. Pudore autẽ Procris perfusa, ad vitandum mariti sui adspectum, in saltibus sese occultauit.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XIII. LIB. VII.

PROCRIS *à marito se deceptam esse animaduertens, pudore commota, vt conspectum eius vitaret, inter densa nemorũ virgulta se abscondit. Cephalus autem amoris impatientiâ, cùm vxoris absentiam ferre diutius non posset, precibus, vt ad se rediret, impetrauit. Quæ reuersa, canem ipsi dedit velocissimum, & iaculum ineuitabile, cuius missio nunquam fuit irrita, sed vim feriendi efficacissimam habuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XIIII. LIB. VII.

CEPHALVS *cùm studio Dianæ feras assiduè persequeretur, & nimio æstu refrigerari cuperet, Auram vocabat. Procris autem vxor existimans, maritũ nympham aliquã hoc nomine dictã expetere, in virgultis se recondidit, contemplatura cuiusnam virginis cupiditate Cephalus flagraret. Motis igitur hinc inde virgultis, maritus in his feram latêre putans, emisso iaculo coniugem inscius interfecit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. I. LIB. VIII.

*MINOS, Iouis & Europæ filius, Rex Cretensium, cùm ob filium suum Androgeum, ab Atheniensibus interfectum, pœnas repeteret, Megæram vrbem, in qua Nisus regnabat, obsedit, sperans, hac expugnatâ, se vniuersam facilè victoriâ reportaturum. Interim verò dũ vrbs oppugnabatur, Scylla, Nisi Regis filia, sæpe murũ delectationis gratiâ conscendit, & animaduertens Minoem regali cultu prope murum exsultantem, pulcritudine eius mirum in modum exarsit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. II. LIB. VIII.

*SCYLLA Minoem, patriæ suæ hostem, perditè amans, nullam aliam genio indulgendi viam reperire potuit, quàm vt parenti suo, Niso, crinem purpureũ, in quo fortitudo Regis, & salus vnuersæ ciuitatis consistebat, abscinderet. Dormientem igitur genitorem capillis spoliauit, & reseratis portis per medios hostes transiens, Minoi obtulit, & sic ardenti amore fascinata, de ipso bene mereri cupiens, multis ab eo conuicijs profligata est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

SCYLLA PATRI CRINES DETONDET. II. 189

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. III. LIB. VIII.

*CVM Minos purpureo crine, quo à Scyllâ donatus erat, adiutus vrbem Megæram expugnasset, tandem in patriam suam proficisci cogitauit. Quem in nauem vnà cum exercitu ingressum Scylla magno clamore & gemitu secuta est, etiam atque etiam petens, vt se vnà abduceret. Abnuente autem istud Minoe, manibus inhærebat naui. quam pater Nisus, in Haliæetum volucrem mutatus, pœnam de filiâ sumere volens, insequebatur. sed & ipsa in Cirim auem subitò conuersa est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IIII. LIB. VIII.

*MINOS victor cùm Atheniensibus stipendium imposuisset, vt nobilium nonnulli quotannis ad Labyrinthum, à Dædalo artificiosè exstructum, in Cretam mitterentur, Minotauro (quem Pasiphaë Solis filia, Minois vxor, eiusdē Dædali fabri ope, tauro iuncta enixa fuerat) obijciendi: tertio stipēdio Theseus Ægei & Ætheræ filius, in Cretā insulā deuectus, Ariadnæ Regis filiæ, quæ iuuenis amore arserat, ope & consilio periculum capitis effugit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. V. LIB. VIII.

DAEDALVS, *Eupalami filius (de quo supra dictũ) vbi propter commissa ex Labyrintho, in quẽ vnà cum filio suo Icaro clausus erat, aufugere vellet, pennas sibi & filio aptauit: quibus subleuati vt volucres, ita Regis Minois imperiũ euitarũt. Verùm Icarus, patris imperio minùs obsequens, ex alto in mare decidit; quod deinde Icariũ eius nomine dictũ est. Dædalus autem, sepulto filio, in Siciliam ad Cocalum Regem peruênit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VI. LIB. VIII.

PERDIX *auis, cùm Dædalum filium suum sepelientem videret, mirè eius casu lætabatur: nuper enim in auem euaserat. Erat autem filius Cali Athenienſis, Dædalo à matre (ſorore nimirum eius) commendatus & in disciplinã traditus, qui ſingulari ingenij acumine primus ſerrarũ & circini vſum inuenit. quare à magiſtro exoſus, de muro præcipitatus eſt. cui decidenti Minerua opem tulit, eumq; medio volatu in auem ſui nominis conuertit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VII. LIB. VIII.

OENEVS *Rex Ætoliæ, Parthaonis filius, quia in sacrificio cogendorũ fructuũ de industriâ præterierat Dianam, ab eâ horrendus quidam aper in Calidoniæ agros, vt omnes segetes euerteret, immissus est. Perseruante autem Oeneo in despectu Deæ, Meleager iussu parentis ad venationem apri aggressus est, cui etiam Atalanta, Schœnei Arcadiæ Regis filia, intererat, quam Meleager deperibat. Ab hac etiam aper primò vulneratus, deinde à Meleagro interemptus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

N° 4

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VIII. LIB. VIII.

MELEAGER *Oenei filius, apro iam interfecto, caput & exuuias virgini Atalantæ, quòd aprum prior sauciasset, lubens concessit. Quod cùm eius auunculi Plexippus & Toxeus, quorum pater Thestius erat, conspicerent, maximâ sunt molestiâ affecti. Exuuias igitur virgini eripientes, suo sanguine pœnas temeritatis pependerunt. Meleager enim irritatus, magno cummpetu in eos inuasit, & omnes telo trucidauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IX. LIB. VIII.

*ALTHÆA, mater Meleagri, postquam fratres suos à filio interemptos esse accepit, stipitem fatalem, à Parcis absconditum, in quo vita Meleagri consistebat, flammâ perussit: quo absumpto, Meleager etiam exstinctus est. Hoc autem defuncto, sorores ipsius interitum deplorantes, inter lamentandum in volucres conuersæ, déque fratris nomine Meleagrides cognominatæ sunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. X. LIB. VIII.

PERIMELE, *Hippodamantis filia, cùm ab Acheloo amne per vim esset vitiata, pater eam ob admissum flagitium in pelagus ex alto scopulo præcipitauit. Achelous verò, de salute amicæ vehemẽter solicitus, à Neptuno petijt ne ipsam submergeret, sed vel tutũ aliquẽ ei locum præberet, vel eam in locum conuerteret. Quod sanè Neptunus facilè permisit, statimq; Perimelen in insulam transmutauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XI. LIB. VIII.

*IVPITER & Mercurius, humanâ induti formâ, Phrygiam regionē; vt hominum animos, eorúmque benignitatem experirentur, peragrarunt. Cùm autem ex oppidanis eos nemo reciperet, tandem Philemonis, hominis rustici & pauperis, hospitium ingressi, ab eo liberaliter ac lautè, pro rei familiaris angustiâ, tractati sunt. nam præter vulgares epulas, etiam Philemon vnicum ijs, quem habebat, anserem mactare volebat. Eius verò necem Dij prohibuerunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XII. LIB. VIII.

*IVPITER & Mercurius, Philemonis & Baucidis humanitatem experti, se Deos palàm ostendunt, eosq; se cum adscendere collẽ iubent. quo facto, mox suum oppidulum in lacũ vident conuersum, omnesq; domos, præter suam casam, quæ in templum mutata erat, submersas. Porrò optione à Dijs acceptâ, vt, quicquid vellent, peterent; Philemon se templi huius sacerdotes esse eâ condicione optauit, vt neuter coniugum alterius mortem videret. Voti igitur vterque compos, extremâ tandem senectute in arborem euasit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

PHILEMON ET BAVCIS IN ARBORES. XII. 209

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XIII. LIB. VIII.

*ERISICHTHON Thessalus, Deorum contemptor, cùm in Cereris nemore multas arbores securi violaret, altissimamq; quercum, in quâ nympha habitabat, exscinderet; Hamadryades illorum montium incolæ, ad Cererem conuenerunt, precantes vt tantum contemptũ & impietatẽ vlcisceretur. Ceres igitur & suâ, & Hamadryadũ causâ permota, Ericsihthonem nouo supplicij genere afficere, assiduâq; famis stimulatione cruciare decreuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XIIII. LIB. VIII.

CERES, *Dea frugum, Erisichthonis immane facinus exsecrata, vnã ex nymphis ad Famem, quæ Dea fingitur, in extremam Scythiam ablegauit, quæ suo ipsam nomine rogaret, vt Erisichthonem totâ vi inuaderet, eidemq; famelico omnem prorsus edendi satietatem adimeret. Nympha ergo Deæ morem gerens, à draconibus vecta, illud à Fame, quamuis aliàs Cereri inimicâ, impetrauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XV. LIB. VIII.

FAMES, *nomine Cereris à nymphâ vocata, noctu domum Erisichthonis intrauit, seq; per aures, os, & nares in viscera dormientis immisit, eúmque tantâ stimulauit violentiâ, vt sibi noctu per somnum omnia deuorare, nullisq; epulis satiari posse videretur. Expergefactus autem dapes confestim requisiuit, nec cibis vllis famem sedare potuit, donec gula tandem omnes facultates, totúmque patrimonium abliguriret.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ERISICHTHON FAME TORQVETVR. XV. 215






Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XVI. LIB. VIII.

CVM *Erisichthon totum iam patrimonium ventri impendisset, vnicam quoque filiam Metram, olim à Neptuno vitiatam, vendere coactus est. Hæc autem, vt seruitutis iugum effugeret, Neptuni auxilium implorauit: qui ei in vetulum piscatorem conuersa concessit, vt quas vellet formas assumeret. Hoc pacto per aliquot dies patrem famelicum aluit: sed tandem omnibus facultatibus absumptis, Erisichthon, sua ipsius depastus viscera, miserabili morte perijt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. I. LIB. IX.

*DEIANIRA, Oenei Regis filia, virgo Ætolarum speciosissima, cùm à multis amaretur, pater eam in matrimonium huic dare constituit, qui luctæ victoriam reportaret. Omnibus autem metu perculsis, retroq; cedentibus, duo sunt inuenti, Hercules & Achelous, qui manus inter se conserere auderent. Commisso igitur prælio, Achelous multis dolis Herculē, in varias mutatus formas, elusit: tandemq; succumbens Herculem victorē agnouit: qui filiā Regis pugnando adeptus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. II. LIB. IX.

*VICTOR Hercules cùm Deianirã vxorẽ Nesso Centauro commisisset, vt eam Euenũ amnẽ transueheret, is quidẽ formâ puellæ allectus, sinuosis errabat flexibus, locũ eius cõprimendæ captãs. ceterùm vxore mariti sui fidẽ implorãte, mox ab Hercule Nessus telo confixus est, qui cùm exspiraret, vestẽ suã sanguine adspersam dedit Deianiræ, indicans hanc fore aduersus desertum amorem coniugis remedium, cùm primùm eâ indueretur. Cruor autem iste in venenum mutabatur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

NESSVS CENTAVR. SAGITTA TRAIECTVS. II. 221

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. III. LIB. IX.

*HERCVLES in Orchatiam, regnum Eurisi, traijciens, Iolen eius filiam secum abduxit. Prior autem vxor Deianira falsò suspicata animum viri à se abalienatum, tunicam, Centuri sanguine tinctã, ipsi iam sacrificaturo per Lychan famulum misit. Eam indutus Hercules ad aram accedit, venenoq; Lernæo eius viscera sunt infecta. In summo igitur cruciatu cùm vitã finire nequiret, Lychã, acerbissimi muneris autorem, in mare Euboicum proiecit: qui deinde in scopulum conuersus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IIII. LIB. IX.

*HERCVLES diu multumq; grauissimis flammarum doloribus excruciatus, in Oetha, Thessaliæ monte, rogũ exstrui curauit, sagittisq; Philoctetæ, Bæantis filio, traditis, qui pyram illi struxerat, igne combustus est, ita tamen vt immortalium Deorum ius à Ioue in cælo reciperet, & aliquando placatâ Iunone, filiæ eiusdem, cui Hebe nomen, iungeretur. Deianira autem vxor Herculis, re cognitâ, præ animi mæstitiâ mortem sibi laqueo consciuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. V. LIB. IX.

*ALCMENA vxor Amphitryonis, cùm ex Ioue Herculem conceptũ ob Iunonis odium parere non posset, Lucina ab eâ vocata, ad fores Reginæ venit. quæ cùm in terrâ residens nexis manibus caneret, atque ita, volente Iunone, partum retardaret, Galanthis, ministra Alcmenæ, ipsam conspiciens, fraude hac irrisâ, Reginam peperisse, omniq; solutam dolore, mentita est. Lucina igitur manibus explicatis, Alcmenã cruciatu liberauit. Galanthis autem in mustelæ figuram conuersa est, vt mendaci etiam ore pareret.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VI. LIB. IX.

DRYOPE, *Euryti filia, ſoror Ioles, Andremonis coniux, quam antè dilexerat Apollo, cùm ad lacum Nymphis ſacrum dona ferens accederet, & ex arbore Loto (in quam Lotos, Priapum fugiens, erat transfigurata) tantùm decerperet quo filiolum Amphionem, ſecum adductum, oblectaret; confeſtim, quia ſacræ arboris violatrix exſtiterat, trunco infixa adhæſit, & tota, præter humanam faciem, in arboris formam tranſmigrauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VII. LIB. IX.

*MILETVS ex insulâ Cretâ profectus in Asiã, binos ibi ex Mæandri filiâ liberos suscepit, Biblida & Caunum. Biblis autẽ ad annos aliquot progressa, cum fratre colludere, eumq; osculari & amplexari ausa est: vnde paulatim scintilla illiciti in germanum amoris creuit, adeò vt eum ardore parum pio prosequeretur: Cuius cupiditatis impatiens, flagrantem illi suũ animum aperuit: sed Caunus, rei indignitate permotus, petitionem hanc turpissimam auersatus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VIII. LIB. IX.

*BIBLIS in Caunũ fratrem mirifico amore inflammata, cùm datas ad ipsum literas cerneret nihil profecisse, libidine detestabili indies magis magisq; adauctâ, propositum suum vrget, quo fratrẽ ad incestũ amorem pertrahat. Caunus autem honestatis amans, ne tam horrendum perpetraret facinus, patriam profugus relinquit. cuius vestigia soror insequens, multas nationes peruagata, tandem in Cariam venit, vbi assiduo mærore & fletu in fontem delicuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IX. LIB. IX.

*PHÆSTOS oppidum est in insulâ Cretâ, vbi Lyctus generosi animi ac præstantis fidei homo degẽs, ab vxore suâ Telethusâ, iam grauidâ & partui vicinâ, petijt, vt, si puellam pareret, eam statim interficeret; sin puerum, sobolem patriæ conseruaret. cumq; ambo coniuges futurũ casum lacrymarentur, mater filiam enixa, manus ei violentas afferre non potuit: Isis autem Dea lugenti puerperæ adfuit, natamq; infantem (patre filij opinione decepto) pro puero enutriuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. X. LIB. IX.

CVM *Iphis puella iam ad maturã peruenisset ætatem, pater eam, falsus à coniuge, marem existimans, virginem formossimã ex Teleste genitam ipsi despondit. Varijs autem fluctibus cùm æstuaret mater, metueretq; ne Iphis puella, nõ sine infamiâ, reperiretur, Dea Isis rursus auxilio Telethusæ rebus deploratis adfuit, & instantibus iã nuptijs, vt matrimoniũ fieret legitimum, Iphin puellam in puerum transfigurauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. I. LIB. X.

ORPHEVS, *Apollinis & Calliopes filius, Eurydicen vxorem duxerat: cum quâ infausto omine coniunctus, etsi vitam aliquamdiu tranquillam, &, vt sibi videbatur, beatam ageret, breui tamen fœdus coniugij morte Eurydices dissolutũ est. ea enim cùm aliquamdiu, associata nymphis, per prata ambularet, floresq; selectissimos colligeret; ictu serpentis in plantam infixo, ex hac mortali vitâ ad inferos emigrauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. II. LIB. X.

*EVRYDICE mortuâ, tanto Orpheus dolore confectus est, vt eam non solùm acerbissimis defleret lacrymis, sed & citharâ suâ confisus ad inferos descenderet. Quò cùm peruenisset, Plutonem & Proserpinam cantus suauitate adeò demulsit, vt eâ lege vxorem ab ijs reciperet, ne, priùs quàm ad superos redijsset, eam intueretur. Orpheus autem dubitans an vxor sequeretur, respexit. Eurydice igitur statim à Plutone ad inferos reuocata, maritum in summis animi cruciatibus reliquit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. III. LIB. X.

ORPHEVS *de vxore suâ recuperandâ planè desperans, à consuetudine mulierum abstinuit, nec vllam cum ijs rẽ postea habuisse creditur. Deinde se in montem Thraciæ contulit, vbi dulcedine ac suauitate cantus omne penè ferarũ genus, atque adeò cunctas plantas atque arbores demulsit, & ad se allexit. inter quas & Pinus, Cybeles arbor erat, in quam olim Atys, eximiâ pulcritudine puer, conuersus fuerat.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IIII. LIB. X.

CYPARISSVS *Amyclei filius, ex insulâ Getâ oriundus, vehementer ab Apolline dilectus, ceruum auro gemmisq; ornatum, nymphis sacrum, & sibi magnopere carum, per imprudentiam sagittâ transfixit. cuius morte tantis doloribus deinceps est affectus, vt sibimet violentas afferre manus conaretur. Hunc autē Apollo ex imminenti periculo liberās, medijs hærentē cruciatibus, in arborem Cypressum transmutauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

23

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. V. LIB. X.

GANYMEDES, *filius Troïs Regis, puer erat eximiâ facie, & admirandâ corporis pulcritudine præditus. quem Iupiter tanto est amore prosecutus, vt ipse, in Aquilæ formam transmutatus, puerũ ad sese in cælos eueheret, mensaq; suæ præficeret, vt ipsi minister ac pincerna foret. In illum verò Iuno, Iouis vxor, tanquam socij impatiẽs, summâ fuit inuidiâ & offensione exasperata.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

2 4

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VI. LIB. X.

*HYACINTHVS, Amyclæ & Diomedis filius, ab Apolline dilectus, cùm per iocum & imprudentiam cum ipso in disci certamẽ descenderet, pondus à Phœbo altiùs iactum priùs haud accipere potuit puer, quàm in caput eius magno cum impetu decideret. Quo ictu in terram subitò prostratus, nullum prorsus admisit remedium, quod vulnus curare, ipsumq; reficere posset. Hyacintho igitur sic moriẽte, cruor emanans ab Apolline in florem eiusdem nominis est conuersus.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Q i

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VII. LIB. X.

*AMATHVS oppidum in insulâ Cypro est, cuius incolæ nefariâ & impiâ consuetudine soliti sunt ad arã Iouis, quæ proxima erat Deæ Veneris, aduenas & hospites obtruncare, & ibidem immolare. quorum crudelitate Venus offensa, ne vel locum sedemq; mutare cogerẽtur, vel aliquod necis suppliciũ in eos statueretur, in boues illos conuertit, qui à magnitudine cornuum Cerastæ à Salaminijs sunt nominati.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VIII. LIB. X.

PYGMALION, *Rex Tyri, offensus impudentiâ vulgari Propæditum, quæ à Venere propter obscœnitatem in lapides couuersæ erant, vitam cælibem exigere statuit. qui cùm effigiem virginis ex ebore sculpsisset, captus specie eius pulcherrimâ in amorem incidit, petijtq; à Deâ Venere, vt eiusmodi vxorem sibi largiretur. Venus igitur statuæ, quam in lectum ipse collocarat, animam inspirauit. Ex hac vxore suâ deinde Rex Paphũ filium genuit, qui in insulâ Cypro oppidum sui nominis exstruxit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IX. LIB. X.

*MYRRHA, Cyniræ Cypriorum Regis & Cenchreidis filia, iracundiâ Veneris, quòd mater eius præferretur Deæ, in patrem impio amore exarsit: ceterùm nullam explendi desiderij sui rationem inueniens, vitam laqueo finire constituit. Quam in cubiculo suspensam, & adhuc gementem, cùm nutrix audiret, causamq; mortis ex eâ clàm quæreret, effecturam se promisit, vt cum parente suo, sine vllo infamiæ periculo, coniungi posset.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. X. LIB. X.

*ANVS, Myrrhæ nutrix, singularē quandam viam excogitauit, quâ patris amore filia potiri posset. Accidit autem, vt mater eius, die solenni primitias offerens Cereri, à viro pro more secubaret. Myrrham igitur noctu anus ad parentem Cinyram in lecto cubantem pro alienâ introduxit. qui postquā cum eâ rem habuit, lumen, concubinæ inspiciendæ gratiâ, sibi afferri iussit. filiam autem esse cernens, stricto gladio eam insecutus est, donec è manibus eius, noctis præsidio, elaberetur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute





Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XI. LIB. X.

*MYRRHA, parentis iram fugitans, in Sabæam peruenit. quæ cùm se grauidam incesto concubitu sentiret, tam vitæ fastidio quàm mortis metu affecta, crimenq; suũ palàm confessa, Deos obnixè rogauit, vt neque superstes viuos, neque mortua exstinctos offenderet. Ab ijs igitur exaudita, in arborẽ myrrham euasit. Infans autem Adonis, cortici adhuc inclusus, à nymphis post natiuitatem suam, propter eximiam corporis formam, enutritus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XII. LIB. X.

*A* DONIS, *ex incesto Cyniræ & filiæ eius Myrrhæ concubitu natus, tantæ fuit pulcritudinis, vt eius amore Venus ipsa, Cupidinis beneficio, caperetur. vtq; diutius illius consuetudine frui posset, vnà cum eo venationibus indulgebat, ac præcipuè fugaciora sequebatur animalia, feras autem armatas vitabat, Adonímque, vt sibi ab ijsdem diligenter caueret, fidelissimè hortabatur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XIII. LIB. X.

*ATALANTA Schœnei Regis in Scyrio filia, pedum agilitate præstans, oraculum de matrimonio contrahendo consuluit: quo suasa est, à coniugio prorsus abstinere. Cùm autem multi proci eam ambirent; hac lege cum ipsis cursu certauit, vt à quo victa foret, ei ipsa nuberet; quē verò superaret, is mortis discrimen subiret. Plurimis igitur à virgine deuictis & occisis, tandem Hippomenes, Megarei filius ex Neptuni progenie, cum eâ in certamen descendit, & Veneris ope victoriâ potitus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XIIII. LIB. X.

*HIPPOMENES, cùm tribus malis aureis proiectis Atalantam in cursu præpediret, victoriam obtinuit. verùm ingratus erga Venerẽ inuentus, vnà cum vxore, improbitatis sceleris q; sui pœnas dedit. nam postquam eiusdem Deæ impulsu lucum Matris Deorum ambo transgressi, affectus suos continere non valuere, quin omni religionis cultu posthabito, in loco sacrato concumberent, à Deâ in leones sunt transfigurati.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XV. LIB. X.

*ADONIM, Cyniræ & Myrrhæ filiũ, Venus in venationibus fideliter admonuit, vt à feris armatis & truculentioribus abstineret. Is autẽ summoperediligẽtis se adhortationes parũ curans, ad aprũ propiùs accessit, & ab eo circa inguina sauciatus occubuit. cuius cruor deinde, eiusdem Deæ beneficio, in florem purpureum, quem Anemonem nominant, est transformatus.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. I. LIB. XI.

ORPHEVS, *Oeagri & Calliopes filius, mulierum consuetudinẽ, post amissam Eurydicen, prorsus aspernabatur. Quamobrem Threiciæ mulieres, Bacchi sacra celebrantes, ipsum in ferarum cœtu cantantem, eásque suauiter demulcentem, magno cum impetu inuaserunt, membraq; eius dilacerantes, à suâ immanitate non priùs destiterunt, quàm ipsi per crudelissimos cruciatus vitam omnino adimerent.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. II. LIB. XI.

ORPHEVM *à Bacchis mulieribus crudeliter interfectum, nymphæ, arbores, saxa, feræ miserandum in modum deflebant. Mulieres autem indignatæ, caput eius à membris auulsum, vnà cum lyrâ, in flumen Hebrum proiecerunt. quæ cùm in mare, & hinc in insulam Lesbon delata essent, horribilis quidam serpens caput Orphei dilaniaturus, ab Apolline in saxum conuersus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. III. LIB. XI.

*MIDAS, Rex Phrygiæ, Silenum Bacchi famulum, à rusticis captum, sibiq; traditum, Baccho reddidit: ob quod beneficium optandi quæ vellet facultatem à Deo consecutus est. Cùm igitur Rex, vt quæcumque attrectaret, aurum fierẽt, petiisset, voti compos est redditus, & quicquid attigit, aurum euasit, adeóque cibus & potus, vt nihilo ampliùs vesci posset. Tandem stultitiam suam agnoscens Midas, à Baccho iussus est, in flumine Pactolo lauare. hinc aqua illa aurei coloris esse cœpit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IIII. LIB. XI.

*MIDAS facultatem auri efficiundi, opesq; perosus, in siluis degebat, Panaq; pastorũ Deũ colebat. qui cùm, fistulâ inuẽtâ, sibi multùm nymphis placere videretur, Apollinem in certamen prouocauit, Tmolo iudice constituto: à quo Apollini victoria, omnibus assẽtientibus, est attributa. Id autẽ solus Midas, pro suâ stultitiâ, improbare ausus est. Quare Apollo offensus, Midæ aures in asininas conuertit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. V. LIB. XI.

*APOLLO & Neptunus cùm Laomedonta Regem Troiæ, filium Ili, mœnia vrbis ædificantem viderent, in humanam versi speciem, aurum priùs cum eo paciscentes, se opus quàm citissimè absoluturos promiserunt. Perfectis autem mœnibus, pactionem initam Laomedon prorsus negauit. quod Neptunus indignè ferens, diluuium agris Troianis immisit, Regemq; vt filiam suam Hesionem beluæ malignæ proijceret, coëgit. Quâ liberatâ ab Hercule, denuo in fraudem incidit, ideóque Hercules Ilium expugnauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VI. LIB. XI.

PROTEVS, *Deus marinus & vates, cùm Thetidi, Chironis filiæ, prædixisset, si viro nuberet, fore vt natũ parente suo fortiorem pareret; Iupiter cum eâ concumbere veritus, Pelea nepotem suum ad eius amorem incitauit. Is igitur virginem in specu iacentem amplexus, primùm spe suâ frustratus est: nunc enim in volucrẽ, nunc in arborem, nunc in tigrim se Thetis transformabat. Tandem consilio Protei, vinculis eam ligans arcteq; tenens, nymphæ concubitu potitus, ex eâ Achillem, Græcorum fortissimum, progenuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VII. LIB. XI.

PELEVS, *fratre Phoco occiso, in exsilium eiectus, ad Ceycem, Trachinis vrbis Thessaliæ Regem, miserandum Dædalionis fratris casum lugentẽ, confugit. Nam Dædalion, Luciferi filius, Chionem habuit filiam. quæ cùm ex Mercurio Autolycum, & ex Apolline Philamnonem peperisset, Dianæ se præferre ausa est. Dea igitur indignata, eam sagittis confecit, cuius morte Dædalion ita indoluit, vt seipsum ex Parnasi vertice inmare præcipitaret. Ope autẽ Apollinis in accipitrem est transformatus.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VIII. LIB. XI.

*ANTENOR, armentorum custos, quem Peleus ad Ceyca Regem Trachinis adduxerat, refert quo pacto lupus horribilis, cui nemo resistere ausit, & homines & iumenta crudeliter interimat. Intelligens autem Peleus, hoc sibi Psamantes, nymphæ marinæ, irâ (quòd Phocum ex ipsâ & Æaco genitum interfecisset) accidere, suppliciter eam rogauit, vt de lupo pœnam sumeret. Factum est igitur, vt illa, Thetidis etiam precibus mota, feram in saxum mutaret.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IX. LIB. XI.

CEYX, *Luciferi filius, fratris casu solicitus, ad Clarium oraculum consulendum cùm iter institueret, diu ab Halcyone, vxore eius, detentus fuit. Rege autem promittente, se intra duos menses ruersurum, à coniuge veniam eundi consequitur. Verùm Ceyx, in Ægeo mari ortâ graui tempestate, naufragium fecit; diuq́ in aquis tabulæ adhærens, suæq́ saluti consulere cupiens, crescentibus vndis miserè tandē exstinctus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. X. LIB. XI.

*H*ALCYONE *mariti ſui Ceycis aduentum magnopere exſpectans, quia præſtituto tempore non reſpondiſſet; maiori indies luctu afficiebatur, metuens ne periculoſâ nauigatione vitam finiſſet. Supplicabat igitur Dijs, & in primis Iunoni, eamq; ſubmiſſè obteſtabatur, vt Ceyca (qui iam viuere deſierat) ſaluum & incolumem reduceret. Iuno autem Iridem ad Somnum miſit, qui Halcyonæ per quietem Regis interitum aperiret.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XI. LIB. XI.

IVNO *Halcyonen, pro reditu mariti nequicquam vota facientem, miserata, Iridem, nunciam suam, ad Somnum misit, vt is per quietem Halcyonæ in eâdem formâ & habitu appareret, in quo Ceyx naufragium faciens interijsset. Priùs autem & habitatio Somni, & triplex somniorum genus, quàm Iridis eò profectæ mandatum exponatur, à Poëtâ disertè ac luculenter describitur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XII. LIB. XI.

MORPHEVS *Ceycis corpus repræsentans, Halcyonæ noctu in lecto cubanti apparuit, & coniugis interitum nunciauit. Manè igitur regina expergefacta, ad littus, vnde maritus soluerat, accurrit, ibiq; casum Regis deflens, cadauer exsangue Ceycis fluctibus maris circumuolui eminus conspexit. ad quod cùm per vndas exsilire vellet, in auem sui nominis mutata, & corpus coniugis in eandē volucrē virilis sexûs conuersum est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XIII. LIB. XI.

*ÆSACVS, Priami filius, ex Alixothoe nymphâ progenitus, cùm amore Eperies nymphæ captus, eam fugientem persequeretur, in culpâ fuit quòd ipsa ex improuiso mortem obiret: nam inter festinandum, à serpente lethaliter icta, interijt. cuius mors Æsaco tantum luctûs & mæroris attulit, vt seipsum ex alto scopulo præcipitem daret: sed eum medio volatu Tethys Dea in mergum transmutauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. I. LIB. XII.

*ACHIVI expeditionē, duce Agamemnone, in Troiam facturi, cùm in Aulide sacrificarent, reliquos ibi exspectantes Græciæ principes; Agamemnon Dianæ ceruam imprudens occidit. Dea itaq; irata tantam tempestatem concitauit, vt eorum classis inde soluere nequiret. Peste etiam ibidem grassante, consultus Calchas respondit, hoc malum non nisi Iphigeniæ, Agamemnonis filiæ, immolatione tolli posse. Hæc igitur patris consensu ad aram deductâ, à Dianâ surripitur, ceruâ in eius locum substitutâ.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. II. LIB. XII.

CVM *fama iam in toto orbe terrarũ diuulgaretur, Græcos aduersus Troiam atrox mouere bellum, Troiani vim primo quasi impetu factam propulsantes, cum Danaûm exercitu manus conserunt, & initio Protesilaum, Iphicli filium, interimunt. Dehinc Achilles, bellator strenuus, huius mortem vliscens, totis viribus in Cygnum, Neptuni filium, irruit; quem tamen vulnerare nullo modo potuit, cùm tela omnia in eum conicecta, irrita caderent.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. III. LIB. XII.

POSTQVAM *Achilles in acie contra Troianos, Hectorem & Cygnũ, qui eâdem in pugnâ multos interfecerant, sternendos sedulò quesiuit; tandẽ in Cygnum incidit: in quem licet multa tela iaceret, nullum tamen eius corpori adhæsit. Achilles igitur vehementi irâ commotus, è curru, quo vehebatur, desilijt, cominusq; hostem aggressus, eum supra saxum præcipitatum, ense transfodit: qui deinde à patre Neptuno, ne eius memoria aboleretur, in candidam sui nominis auem transfiguratus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IIII. LIB. XII.

CAENIS, *Elati Lapithæ filia, ob formã à multis amabatur, sed nullum procorum connubio suo dignata est. Hæc cùm aliquando in maris littore deambularet, à Neptuno vi comprimebatur, qui ei, vt iniuriæ crimẽ à se amoliretur, optionẽ quicquid vellet petendi dedit. Puella igitur illico in virum fortissimum, qui à nullo vulnerari posset, trãsmutari obnixè petijt. Quod cùm consequeretur, etiam mutato nomine, Cæneus virgo, in bellicosissimum conuersa militem, est appellata.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. V. LIB. XII.

CAENEVS, *à Neptuno amatore ſuo in virum nullo telo vulnerabilem conuerſus, alios omnes præ ſe cõtempſit, inſolenter adeò robur ſuum iactitans, vt neque Deos neque homines vllo honore afficeret. Hac autem ſuperbiâ & impietate ſuâ, Iouis iram in ſe concitauit. Nam in pugnâ à Centauris in Pirithoi nuptijs motâ, cùm multos hoſtiũ interfeciſſet; tandem à Centauris, reuulſis arboribus, oppreſſus, à Neptuno in volucrem mutatus eſt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. I. LIB. XIII.

ACHILLE à Paride interfecto, magna inter Aiacē & Vlyssem orta est contentio, vter defuncti armis dignior esset. Aiax igitur negotium suum primò in principum Græciæ consessu cùm exponeret, Vlyssem in odium adducere conatus, varijs eum ignominiis affecit. Vlysses autem omnia deinde obiecta sibi crimina diluens, eloquentiâ suâ, quâ plurimum valebat, tantum effecit, vt sibi arma, principum omnium consensu, tribuerentur.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. II. LIB. XIII.

THETIS, *mater Achillis, cùm filium suum varijs expositum videret periculis, ad Vulcanum Deorũ fabrum se contulit, obnixè eum rogans, vt filio arma, quibus muniretur, fabricaret. Cui ille obsecutus, clypeum mirificâ picturâ ornatum confecit, in quo totus terrarum orbis, omnes astrorũ cursus, nuptiæ, iudicia forensia, item prælia, & obsidiones vrbium conspiciebantur. Qui deinde clypeus Vlyssi, interfecto Achille, tradebatur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. III. LIB. XIII.

POSTQVAM *Græcorum proceres Achillis arma Vlyßi, tanquam digniori, adiudicaßent, Aiax ignominiâ quaßi notatus, &, quam ßibi illatam putabat, iniuriâ accenßus, irâq; victus (quum ab alijs tamen vinci non poßet) ßibi violentas ipße manus attulit, ßuoq; ße gladio, quo plurimos antè hoßtes occiderat, interemit. Ex cuius cruore deinceps flos purpureus, ßimilis Hyaintho, enatus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IIII. LIB. XIII.

*VLYSSES postquam Philoctetæ sagittas, ipso comitante, in Græcorum castra pertulit; ijsdem iuxta oraculum vrbs expugnata, & igne absumpta fuit. Tumq; horribili strage coortâ, Priamus ipse ad Iouis aram, vbi se tutum fore sperabat, occisus est. Deniq; vastatis omnibus, Græci naues suas spolijs onerantes, secúmque Hecubam, Regis Priami coniugem, rapientes, inde in Thraciam secundo vento appulerunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. V. LIB. XIII.

*CVM Priamus regno suo fatale videret incumbere exitium, filium suum Polydorum, natu minimum, multo instructum auro, ad Polymnestorem, Thracum tyrannum, misit, vt, si Troia vastaretur, aliquis suorum remaneret, qui regnũ collapsum instaurare posset. Polymnestor autem, cognito vrbis excidio, auri cupiditate inflammatus, Polydorum interfecit; eiusq; cadauere in mare proiecto, thesauro iniustè potitus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VI. LIB. XIII.

POST *euersionem Troiæ, cùm Græci in Thraciam appulissent, vbi monumentum Achillis in Troiâ sepulti exstabat, vmbra eius super tumulum visa, petijt à Græcis, vt sibi Polyxenam, Priami filiam, quam pater ei adhuc viuens despondisset, in honorẽ perpetuum sacrificarent. Morem igitur Græci gerentes Achilli, puellam ad moriendum paratissimam, ad aram ducentes, immolarunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VII. LIB. XIII.

POSTQVAM *cadauer Polyxenæ, in honorē Achillis à Græcis immolatæ, matri Hecubæ redditū erat; illud, lacrymis priùs abstersum, in amne penitus purgare & abluere cœpit. Quo facto, corpus filij sui Polydori, à Polymnestore occisi, fluctibus maris circumuagatur. Id vbi mater agnouisset, casus mærorem quidem auxit, sed causâ acerbissimi interitus intellectâ, occasionem vlciscendi Polymnestoris facinus quæsiuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VIII. LIB. XIII.

*HECVBA, cadauere Polydori, filij sui, in littore inuento, non tam fundebat lacrymas, quàm vindicandi sceleris occasionē aucupabatur. Vocans igitur clàm ad se Polymnestora, simulat se cū ipso de thesauro collocuturam. qui spe lucri cùm veniret; manus ei Hecuba, mulieribus adiuta captiuis, intulit, eumq; sæuis oppressum verberibus sensu videndi orbauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

POLYMNESTOR OCVLIS PRIVATVR. VIII. 319

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IX. LIB. XIII.

CVM *Memnon, Tithoni Auroræq; filius, Priamo auxilium ferens, ab Achille interfectus esset, mater eius multis precibus à Ioue petijt, vt is mortem filij aliquo honore aut solatio leniret. quod quidem à Ioue impetrauit. Nam statim aues è rogi fauillis enatæ, ac Memnonidum appellationem sortitæ sunt. Solent autem quotannis istæ auiculæ ad sepulcrum eius congregari, vbi dimicantes, sanguine suo manibus exstincti parentant.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. X. LIB. XIII.

POSTQVAM *Troia à Græcorum exercitu capta esset, Æneas, Anchisæ & Veneris filius, Troianorumq; dux præstantissimus, cùm horribiliter omnia dirui & igne vastari cerneret, ipseq; in extremo capitis periculo versaretur, fugâ saluti suæ prospicere constituit: ac patrẽ Anchisen, ætate confectũ, suis impositum humeris, nec non filium vnicum Iulum, cum delectissimâ coniuge, clàm ex vrbe eduxit: atque ita totam familiam suam mortis discrimini eripuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XI. LIB. XIII.

GALATEA, *Nerei & Doridis filia, cũ amore Acidis, iuuenis formosissimi, caperetur, idemq; puellam pari ardore deperiret, in loco quodam secreto conuenire solebant. Polyphemus autem similiter virginem amare cœpit, & compositâ cãtilenâ mirum in modum eam commendat, si sit obsequens: sin abhorreat ab ipso, per antithesin illam vituperat. Deinde etiam suas opes, imperium, formam, vt ad se nympham alliciat, vehementer extollit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XII. LIB. XIII.

CVM Polyphemus Galateam nec minis, nec precibus, nec vllis pollicitis in ſui amorem pertrahere poſſet, vehementi correptus irâ, ambos amantes trucidare cogitauit. nam è ſpeluncâ ſuâ proſiliens, auulſum à monte Ætnâ ingentem ſcopulum in eos coniecit. Quo viſo, Galatea proximo mari merſa eſt: Acis autem, qui ſaxi non potuit effugere impetum, eo adobrutus & occiſus, in fluuiũ ſui nominis in eodẽ loco conuerſus eſt.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XIII. LIB. XIII.

GLAVCVS, *Anthedonis filius, piſcator, cùm ſpecioſos piſces caperet, eos in folio reconditos ſeruare voluit, pratoq́, dum requieſceret & retia ſiccaret, expoſuit: hi autem è folijs in mare reſultabant. Vt igitur huius rei cauſam cognoſceret Glaucus, herbam quâ fuerant reconditi, dentibus mandere cœpit. Quod cùm feciſſet, ſtatim naturâ mutatâ in fretum ſe præcipitem dedit, & auxilio Deorum in marinum Deum tranſmutatus eſt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. I. LIB. XIIII.

GLAVCVS *Scyllæ amore captus, cùm eâ potiri non posset, Circen veneficam adijt, vtq; nympham suis artibus ad ipsius amorem pertraheret, eam obnixè rogauit. At Circe statim Glauci amore incensa est: à quo cùm sperneretur, omnem iram in Scyllam effudit, ac sinum quendam, in quem nympha descensura esset, venenis infecit, quibus pubetenus in varia monstra conuersa, sibi displicuit, ac tandem in fretum Siculum desiluit, vbi in monstrum marinum transformata est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. II. LIB. XIIII.

ACHAEMENIDES, *Vlyßis comes, in antro Cyclopis, cui Vlyſſes oculum dormienti effoderat, à ſocijs relictus, Polyphemi tyrannidem, quam in hoſpites exercuerat, cominus adſpexit, & per tres menſes, herbis tantùm & glandibus veſcens, delituit. Ab Æneâ autem præternauigante (cui ſupplex erat) inde auectus, & ita velut è faucibus Cyclopis ereptus fuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

POLYPHEMVS VLYSSIS SOCIOS DEVORAT. II. 333

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. III. LIB. XIIII.

*VLYSSIS socij, varia loca perlustrantes, tandem ad Circen peruenerunt. Ea poculum mirificis pharmacis repletum hospitibus porrexit: quo hausto, præter vnum Eurylochum, in porcos mutabantur. Vlysses igitur valde iratus, Circen stricto gladio inuasit, quem ipsa pari modo decipere conabatur. Is autem remedio à Mercurio accepto, tantum effecit, vt socij eius in pristinam formam restituerentur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IIII. LIB. XIIII.

*PICVS ex progenie Saturni, Rex Tyrrheniæ, cùm in agro Laurenti crebris indulgeret venationibus, à Circe Deâ visus, propter eximiã corporis venustatem mirum in modum est adamatus. Is verò cùm coniugis suæ, cui nomen Canenti erat, amore firmißimo deuinctus, illicitum Deæ concubitum recusaret, ab eâdem, ob contemptum eius, in auẽ sui nominis conuersus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. V. LIB. XIIII.

*IN Lauiniâ regione locus erat, quem Pan, Mercurij filius, aliquãdo tenuerat. is postea à nymphis cultus est. Accidit autem vt pastor quidam, Apulus nomine, ijs non modò metum grauissimum incuteret, verùm & procacissimis eas verbis & duris opprobrijs laceraret, nec priùs desineret, quàm à nymphis loquendi munere priuatus, in arborem oleastrum, quæ succos amaros edere solet, transformatus est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VI. LIB. XIIII.

*CVM Turnus, Rutulorum dux, aduersus Troianos, quibus Æneas præerat, bellum gereret, tandem in classem illorum ignem immisit, eamq́ penitus exurere statuit: sed opinionem & conatũ illius, euentus fefellit. Deorum enim mater Berecynthia, eas naues, quia in Idâ monte sibi dicato fabricatæ fuerant, exuri non est passa. Verùm ingenti immissâ tempestate, in nymphas marinas conuertit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VII. LIB. XIIII.

*VENVS postquam animaduertit filium suũ Æneam, varijs laboribus exhaustum, ad extremam senectutem peruenisse, petijt à Ioue patre, vt, promissorũ memor, natum in numerum Deorum reciperet. Cuius precibus motus Iupiter effecit, vt in agro Laurenti ad flumen Numitium Æneas lauaret, & mortalitate ablutâ, inter Deos, quos vocant Indigetes, referretur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. VIII. LIB. XIIII.

*SVB Procâ, Rege Albanorum, Pomona fuit nympha, hortorum diligentißima cultrix. Hanc cùm Vertumnus amaret, in varias se species mutare solitus est. Illâ autem refugiente concubitum, nouißimè in anum abijt, nymphæq; multis argumẽtis persuadere conabatur, vt sibi iungeretur. cui cùm diu reluctata fuisset, tandem ab exemplo Iphidis eam permouit, & in suam conuersus effigiem cum virgine concubuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IX. LIB. XIIII.

*IN insulâ Cypro Anaxarete virgo fuit, ex progenie Teucri, quæ formâ ceteras puellas longè superabat. verùm vt pulcritudo eius fuit excellens, sic à virorum consuetudine prorsus abhorruit. Cùm igitur Iphis eam ardentissimo prosequeretur amore, nec aditus ipsi ad virginem patêret; in tantum dolorem incidit, vt noctu ante fores puellæ seipsum suspenderit. Hæc autem funus eius adspiciens, in saxum versa est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. X. LIB. XIIII.

POST *Amulij ac Numitoris (qui à patre ſuo Palatino, ſeu Procâ, regnum Albanorum adminiſtrandum acceperant) interitum, Romulus vrbis à ſe conditæ ſuſcepit imperium. Qui cùm aduerſus hoſtes fortiter dimicaſſet, & bellatorem ſe ſtrenuum geßiſſet, victoriâque potitus omnia compoſuiſſet; Martis precibus, iam ſenior effectus, in Deorum numerum relatus fuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. XI. LIB. XIIII.

*HERSILIA, coniux Romuli, cùm amissum maritum, iam immortalitate donatum, defleret; Iuno Iridem ad eam descendere iussit, vt ei nunciaret, si videndi Romuli desiderio teneretur, in collem Quirinalem se conferret. Quod cùm Hersilia fecisset, sidus ab æthere delapsum est, cuius lumine ipsa in altum sublata, Ora Dea nuncupari, & à Romanis coli cœpit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. I. LIB. XV.

*HIPPOLYTVS, propter odium Phædræ nouercæ, quæ ipsum ad nefandum sui amorem allicere conabatur, patriâ pulsus erat. Cùm autem Trœzena (quæ vrbs est Peloponnesi) proficisceretur, propterea quòd nouerca priuignum apud patrẽ accusabat, quasi ipsam ad coitũ solicitasset, & propterea Hippolyto Theseus mortem esset imprecatus; illius equi à Phocis in mari perterriti, dominum suum in frusta dilaniarunt.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. II. LIB. XV.

CIPPO, *Romano prætori, priusquam ab hoste victor rediens atque triumphans portam intraret, nouum prodigium incidit. namq; in capite eius subitò veluti cornua emersérunt, responsumq; est, eũ Regẽ fore si in vrbem reuerteretur. Quod ne accideret, perpetuum sibi elegit exsilium. Romani verò decreuerunt tantum ei agri dari, quantum vno die agricola posset exarare: & capitis eius effigies æreæ portæ, quâ excesserat, inclusum est.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. III. LIB. XV.

ROMANI *graui peſtilentiâ laborantes, poſtquam maxima totam vrbem trepidatio inuaſerat, per legatos oraculum Apollinis de vitandâ tam dirâ lue conſuluerunt. à quo cùm hoc reſponſi accepiſſent, vt Aeſculapij, præſtantiſſimi medici, operâ vterentur; nobiliſſ. legati in vrbem Epidaurum, iuxta Argos ſitam, ad accerſendum ipſum miſſi ſunt: qui noctu per ſomnum illis, baculo nexibus ſerpentis circumdato, apparuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. IIII. LIB. XV.

ÆSCVLAPIVS, *cùm à legatis Romanis vocaretur, repentè, stupẽtibus admiratione omnibus, in draconem mutatus est. & primò in templum suum congregato senatu, deinde per mediam Epidaurum serpens, nauem legatorum tandem conscendit. cum quibus vectus Romam venit, & pestiferum aërem fugans, salutiq; Romanorum arte suâ medicâ consulens, in pristinam tandem formam conuersus, anguinã pellem deposuit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ARG. FAB. V. LIB. XV.

*IVLIVS Cæsar, factis suis præstantibus celeber, multisq; victorijs nobilitatus, cùm à Cassio & Bruto per insidias interfectus esset; Venus animam eius excepit, & ad astra retulit: vtq; memoria eius perpetuò vigeret, posteritatiq; nota essent egregia illius facinora, in stellam, quem Cometam vocant. eandem transformauit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute






Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# INDEX.

## A

Achelous amnis Perimelen vitiat 204. contra Herculē certat, & in varias formas mutatur 218.
Achilles filius Pelei & Thetidis 278. Cygnum interficit 296. à Paride occisus 304. defuncti clypeus datur Vlyssi 304. 306. eius monumentum 314.
Actæon in ceruum mutatus, à canibus discerpitur 84. 86.
Acis in fluuium 326.
Adonis infans à nymphis enutritus 258. à Venere amatur 260. ab apro interficitur: eiusque cruor in Anemonem florem conuertitur 266.
Æneas, Anchisæ & Veneris filius, cum patre Anchisa, filio Iulo, & coniuge, Troiâ capta, saluus euadit 322. eius naues in nymphas marinas conuersæ 340. inter deos Indigetes refertur 342.
Aesacus, Priami filius, in mergum 292.
Aesculapius Apollinis filius 64. præstantissimus medicus, inter deos relatus 356. in draconem mutatus, Romæ pestiferum aërem fugat. 358.
Aeson senex decrepitus fit iuuenis 162. 164.
Aetas aurea, argentea, ænea, ferrea 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.
Agamemnon imprudens Dianæ ceruum occidit 294.
Aglauros inuidiâ & liuore correpta 72. in lapidem mutatur 74.

Aiax

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Aiax cum Vlysse ob Achillis defuncti arma contendit 304. violentas manus sibi ipse infert 308. ex eius cruore flos purpureus enascitur 308.
Alcmena, vxor Amphytrionis, Herculem ex Ioue conceptum parit 226.
Alpheus amnis Arethusam amore prosequitur 136.
Althea, mater Meleagri, fatalem filij stipitem igni imponit, filiumque vnà exurit 202.
Amphion mortem sibi conscisscit 140.
Anaxarete virgo in saxum 346.
Andromeda saxo alligata, & marinæ beluæ obiecta 118. Beluâ interfectâ, periculo mortis eam liberat Perseus, & vxorem ducit 118. 122.
Anemone flos purpureus vnde 266.
Apollo Pythius dictus 28. Pythonem serpentem interficit 28. cum Pane fistulâ contendit, 274. *vide reliqua in* Phœbus.
Apulus pastor in Oleastrum 338.
Aquilo Orythyiam raptam in Thraciam deportat 156.
Arethusa nympha in fontem 136.
Argo nauis 158.
Argus custos vaccæ Iûs 36.
Atalanta, Schœnei Regis filia, à Meleagro amata 198. ab Hippomene cursu vincitur 262. in leonem mutatur 264.
Athamas ad insaniam redactus, Learchum filium interficit 108. 110. 112.
Atlas, Rex Mauritaniæ in montem mutatus 116.
Atys puer in pinum arborem transformatur 242.
Aurora Cephalum rapit 180.

Bacchæ

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

B

Bacchæ Orpheum interficiunt crudeliter 270.
Bacchus Iouis ex Semele filius 88. à Tyrrhenis captus pro præda nauigio imponitur 94. vincula & custodiam Penthei euadit 96.
Battus pastor in saxum mutatus 86.
Biblis Cauni fratris amore ardet 230. in fontem mutatur 232.
Boreas *vide* Aquilo.
Bubo funestum omen 146.

C

Caballinus fons 126.
Cadmus, Agenoris filius, Europam sororem quærit 78. horrendum draconem solus deuincit 80. 82. vrbem condit 82. in draconem conuersus cum Hermione coniuge 114.
Cænis, Elati Lapithæ filia, à Neptuno vi compressa, in bellicosissimum militem vertitur 300.
Cæneus in volucrem mutatus 302.
Calais, filius Boreæ, alatus 156.
Calisto, Lycaonis filia, à Ioue vitiata 54. in vrsam vertitur 56.
Caunus sororis Biblidis turpem amorem fugit 230. 232.
Cephalus rapitur ab Aurora 180. vxorem inscius interficit 184.
Cerastæ, boues 250.
Ceyx naufragium facit in Aegeo mari 284. 286. submersus in auem conuertitur 290.
Chaos. 6.
Chione à Dianâ interfecta 280.
Chiron medendi scientiam docet Aesculapium 64.
Cinyra, Myrrhæ pater, inscius cum

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

cum filia rem habet 256.
Cippus cornutus 354.
Circe Vlyſſis ſocios mutat in porcos 334.
Coronis, Coronei filia, in cornicem mutata 62.
Coruus initio candidis plumis ornatus, fit niger 64.
Creüſa ab Iaſone amata comburitur. 170.
Cyane nympha in ſtagnum 132.
Cyclops. *vide* Polyphemus.
Cygnus in auem 50. 268. 296. 298.
Cypariſſus, Amyclei filius, in arborem cypariſſum 144.

D

Dædalion ex Parnaſſi monte ſe præcipitans, in accipitrē transformatur 280.
Dædalus pennas ſibi & filio ſuo aptat 194.
Daphne à Phœbo amatur 30. in laurum à patre tranſmutatur 32.
Deianira, Oenei Regis filia, Herculi datur in vxorem 218. tunicam Centauri ſanguine tinctam marito in exitium mittit 222. mortem ſibi laqueo conſciſcit 224.
Delphines 94.
Deucalion Promethei filius 24. eius cymbula in Parnaſſo monte manet 24. Deucalion & Pyrrha poſt diluuium lapides retrò atque à tergo iaciunt, vnde mares & feminæ confeſtim euadunt 26.
Diana Actæonē in ceruum mutat 84. Chionem ſagittis conficit 280.
Diluuium 22. eius finis 24.
Dis. *vide* Pluto.

Draco

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Draco peruigil 160.
Dryope in arborem 228.

E

Electrum 50.
Elementorum distributio 6.
Erichthonius, Vulcani filius, partim homo, partim serpens 60.
Eridanus fluuius 48.
Erinnyes impiorum vltrices 108.
Erisichthon fame perit 210. 212. 214. 216.
Eumenides Furiæ 146.
Europa, Agenoris Regis filia, à Ioue in Cretam auehitur 76. eam quærit Cadmus 78.
Eurydice, Orphei vxor, serpentis ictu moritur 238. ab inferis redit 240.
Eurylochus, socius Vlyssis, Circes pocula non gustauit 334.

F

Fames 214.
Fons Caballinus 126.
Formicæ in homines 178.
Furiæ 108. 146.

G

Galanthis in mustelam 226.
Galatea à Polyphemo amatur 324. mari mergitur 326.
Ganymedes in cælum euectus à Ioue 246.
Gigantes, exstructis in excelsum aggerem montibus, cælitibus inijcere manus conantur 16.
Glaucus in deum marinum mutatus 328. Scyllæ amore capitur 330.

H

Halcyone, Aeoli filia, Ceycis vxor, pro reditu mariti nequic-

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

quicquam vota facit 288. in auem sui nominis mutatur 290.
Hecuba, Priami coniux, à Græcis rapta & in Thraciam auecta 310. Polydorum reperit 316. occasionem vlciscendi Polymnestoris facinus quærit 316. Polymnestori manus infert, sæuisque oppressum vulneribus sensu videndi orbat 318.
Heliades, sorores Phaëthontis, in arbores versæ 50.
Helicon mons Bœotiæ, iuxta Thebas non procul à Parnasso, Apollini & Musis sacer 126.
Hercules victor Deianira potitur 218. Deianiram vxorem Nesso Centauro committit 220. Nessum telo configit 220. Iolen, Regis Eurisi filiam, secum abducit 222, indutus tunica sanguine Centauri tincta miserè excruciatur 222. comburitur 224.
Hermaphroditus masculini & feminini sexus 106.
Hermione cum marito Cadmo in draconem mutatur 114.
Herses amore captus Mercurius 70. 74.
Hersilia Romuli vxor, Ora dea nuncupata 350.
Hesione, Laomedõtis Regis filia, beluæ malignæ proiecta, ab Hercule liberatur 276.
Hiere, mater Cygni, in stagnum mutata 168.
Hippolytus ab equis distractus 352.
Hippomenes Atalantam cursu vincit, eaque victor potitur 262. vterque in leonem mutatur 264.
Hominis creatio 8.
Hyacinthus in florem 248.

Iason

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

I.

Iason in Colchos profectus aureum vellus rapit Medeæ auxilio 158. cum Medea Corinthum abit 160.
Icarus volans in mare decidit 194.
Ilium ab Hercule expugnatur 276.
Inachus amnis 34.
Ino, Iunonis instinctu, à Thesiphone exagitatur, furore percita 108. 110. Melicertam filium in profundum præcipitat, & ambo in deorum numerum referuntur 112.
Inuidia 72. 74.
Io, Inachi amnis filia, Iouis desiderium implet 34. in vaccam conuersa, Argo datur custodienda 34. 36. in pristinam formam reuersa, Isidis deæ nomen accipit 42.
Iphigenia, Agamemnonis filia, immolanda ad aram deducta, à Diana surripitur 294.
Iphis puella in puerum mutatur 236. suspendio perit 346.
Isis dea 42. Iphin transfigurat 236.
Itys occiditur 154.
Iulius Cæsar à Cassio & Bruto interfectus, in stellam transformatur 360.
Iupiter potitus Io, in vaccam eam conuertit 34. potitur amore Calistûs 54. in taurum conuersus, Agenoris Regis filiam per mare in Cretam insulam defert 76. Semelen amat 88. Ganymedem in cælum vehit 246.

L

Laomedon Rex Troiæ, Ili filius, periurus 276.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Latona, Cæi filia, mater Apollinis & Dianæ 142.
Latonia *vide* Diana.
Learchum filium necat Athamas pater 112.
Leucothoe à Phœbo vitiata in virgam thuream mutatur 104.
Lotos in lotum arborem 228.
Lupus in saxum 284.
Luscinia fit Philomela Pandionis filia 154.
Lycaon Arcadiæ tyrannus in lupum conuersus 20.
Lychas in scopulum 222.
Lyncus Rex Scythiæ in Lynca feram mutatur 138.

M

Magica ars Medeæ 160.
Mars cum Venere adulterium committit 102.
Marsya flumen in Phrygia 144.
Marsyas Satyrus cum Phœbo tibia contendere ausus, victus suspenditur, & cute nudatur 144.
Medea Iasoni occultam rapiendi aurei velleris artem commonstrat, eumque artibus magicis iuuat 158. 160. fidem coniugij dat Iasoni. 160. Aesonem senem in iuuentutis vigorem restituit 162. 164. Creontis Regis aulam incēdit, & Creūsam ab Iasone amatam vnà cū patre comburit 170. Hercule mortuo, Aegeo Regi nubit 172. venenum apparat Theseo 172.
Medusa Gorgo, Phorci filia, in templo Mineruæ cum Neptuno concumbit: eius crines in serpentes mutantur: quos qui adspiciunt, in saxa conuertuntur: dormienti caput amputat Perseus 120.

Meleager

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Meleager Atalantam amat 198. aprum interficit 198. telo trucidat auunculos 200. consumitur & exstinguitur miserè 202.
Meleagrides, Meleagri sorores, in volucres conuersæ 202.
Melicerta Palæmon dictus 112.
Memnon ab Achille interfectus 320.
Memnonides aues 320.
Mercurius Argum cantu demulcet 38. Herses amore capitur 70.
Metra Erisichthonis filia in vetulum piscatorē conuertitur 216.
Midas, Rex Phrygiæ, Silenum Baccho reddit 272. quidquid attingit, aurum fit 272. eius aures asininæ 274.
Minerua. *vide* Pallas.
Minos, Rex Cretensium, cum Atheniensibus bella gerit 174. Megeram vrbem obsidet 186. victor Atheniensibus stipendia imponit 192.
Minotaurus 192.
Mundi tempora quatuor: Ver, Aestas, Autumnus, Hiems 12.
Musæ, cùm eis vim inferre vellet Pyreneus, in aues conuertuntur 128.
Myrrha, Cinyræ Regis Cypriorum filia, in patrē impio amore ardens, vitam laqueo finire constituit 254. eius concubitu potitur 256. grauida in arborem myrrham conuertitur 258.
Myrmidones 178.

N

Narcissus insigni forma iuuenis in florem sui nominis euadit 90.
Nauis armamenta in ferras & ser-



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

pentes conuertuntur 94.
Naxus insula 94.
Nessus Cētaurus ab Hercule telo configitur 220. eius cruor in venenum mutatur 220.
Niobe, Tantali filia, in silicem transformata: & eius liberi sagittis transfossi 140.
Nisus Scyllæ pater in haliæetum volucrem 190.

O

Ocyroe Chironis filia in equam mutatur 66.
Ora dea 350.
Orbis incendium 46. 48.
Orchamus filiam Leucothoen sub terram fodit 104.
Orithyia rapta ab Aquilone 156.
Orpheus Apollinis & Calliopes filius, Eurydices maritus 238. ad inferos descendit, & vxorem mortuam à Plutone recipit 240. vxore amissa feras, plantas & arbores cantus dulcedine demulcet, & ad se allicit 242. à mulieribus Bacchis dilaceratur, & crudeliter interficitur 268. 270. eius autem caput dilaniaturus serpens in saxum conuertitur 270.

P

Pactolus fluuius 272.
Pallas ad fontem Caballinum proficiscitur 126. eius scutum 120.
Pan Demagorgonis filius 40. pastorum deus Apollinem in certamen prouocat 274. à nymphis colitur 338.
Pandion, Erichthei Athenarum Regis filius, pater Prognes & Philomelæ, socer Terei 148.
Paphus, Pygmalionis filius, in insula

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ſula Cypro oppidum ſui nominis exſtruit 252.
Parnaſſus mons Bœotiæ 24.
Pegaſus equus alatus, ex Neptuno & Meduſa genitus 120. ad Heliconem Bœotiæ montem peruenit 126.
Palæmon dictus Melicerta 112.
Peleus ex Thetide gignit Achillem 278.
Pelias Neptuni filius doloſè Iaſoni ſuadet vt in Colchos proficiſcatur 158. miſerabiliter perit 166.
Peliades Peliæ filiæ à Medea decipiuntur 166.
Peneis flumen 30.
Pentheus Rex Baccho inimicus 92. 96.
Perdix puer in auem 196
Perimele Hippodamantis filia ab Acheloo amne per vim vitiata in inſulam transmutatur 204.
Perſeus caput amputat Meduſæ 120. Atlanti Regi Meduſæ caput obijcit, qui in montē transmutatur 116. oblato etiam capite Meduſæ, Phineum aduerſarium cum omnibus ſocijs in ſaxum conuertit 124. Andromedam, interſectâ beluâ, liberat periculo mortis, eamque vxorem ducit 118. 122.
Peſtilentia grauis 176. 356.
Phædra Hippolyti nouerca priuignum odit 352.
Phaëthon regēdi currus ſolaris facultatem à Phœbo conſequitur 44. orbem flammis incendit 48. fulmine ictus de curru Solis præcipitatur 48. eius ſorores in arbores populeas mutātur 50.
Philautia 90.
Philemon & Baucis Iouem & Mercurium hoſpitio excipiunt 206. mutantur in arbores 208.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Philomela, Pandionis Regis Athenarum filia, Prognes soror, auehitur à Tereo 148. ei vim infert Tereus, eamque elinguat 150. è stabulo & carcere liberatur à Progne 152. in luscinam vertitur 154.
Phineus nuptias Persei & Andromedæ turbat 122. in saxum mutatur 124.
Phocus à Peleo interfectus 282.
Phœbus Phaëthontis pater, mortuo filio lucem mundo denegat 52. Martis cum Venere adulterium Vulcano indicat 102. Leucothoen vitiat 104. Phœbus & Diana Niobes liberos vniuersos sagittis transfodiunt 140. *reliqua vide in* Apollo
Picus, Rex Tyrrheniæ in auem conuersus 336.
Pinus Cybeles arbor 242.
Piramus & Thisbe miserè intereunt 98. 100.
Pistrix belua 276.
Pluto Proserpinam rapit 130. 132.
Polydorus Priami & Hecubæ filius à Polymnestore occisus 316.
Polymnestor Thraciæ Rex, auri cupiditate adductus, Polydorum occidit 312. 316.
Polyphemus Cyclops Galateam amat 324. Acim occidit 326. Vlyssis socios deuorat 332.
Polyxena in honorem Achillis à Græcis immolata 314. 316.
Pomona à Vertumno amatur 344.
Præpedites conuersæ in lapides 252.
Priamus ad Iouis aram occisus 310.
Procris, Erechthei Regis filia, in saltibus se occultat 180. 182. à marito Cephalo interficitur 184.

Progne

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Progne Pandionis filia in matrimonium Tereo datur 146.148. Philomelam sororem è carcere liberat 152. 154. Ityn filium occidit, & dapibus miscet 154. mutatur in hirundinem 154.
Prometheus, Iapeti filius; Deucalionis pater, hominem ex terra fingit 8. 24.
Proserpina rapitur à Plutone: & à matre Cerere quæritur 130. 132. 134.
Protesilaus, Iphicli filius, interemptus 296.
Pygmalion, Rex Tyri, statuâ, quam sculpserat, vxore potitur 252.
Pyreneus Musis vim inferre nititur 128. ex arce se præcipitat 128.
Pyrrha, Epimethei filia, coniux Deucalionis 24.26.
Pythius Apollo dictus 28.
Pythij ludi 28.
Pytho serpens interemptus ab Apolline 28.

R

Romulus in deorum numerum relatus 348.
Rustici Lycij in ranas 142.

S

Scylla, Nisi Regis filia, pulchritudine Minois exardet 186, 188. dormientem Nisum patrem capillis spoliat 188. in Girim auem mutatur 190. in monstrũ quoque marinum conuertitur 330.
Seculum aureum. *vide* Aetas.
Semele Cadmi & Hermionis filia Iouis amoribus fruitur: in concubitu occiditur: vnde Bacchus nascitur 88.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Serpens in saxum 270.
Silenus, Bacchi famulus à rusticis captus, Baccho redditur à Mida 272.
Sol. *vide* Apollo. & Phœbus
Somni habitatio, & triplex somniorum genus 288.
Stellio animal 134.
Syrinx in arundinem 40.

T

Tereus Martis filius, Rex Thracum, Prognem vxorem ducit 146. Philomelam auehit 148. ei vim infert 150. eam elinguat 154. ipse in vpupam vertitur 154.
Themis dea 116.
Thesiphone vna Furiarum 108. 110.
Thetis Chironis filia se in volucrem, in arborem, in tigrim transformat: ex qua Achilles progenitus 278.
Thisbes interitus 98. 100.
Threiciæ mulieres Orphei membra dilacerant 268.
Triptolemum somno grauatum exstinguere molitur Lyncus 138.
Turnus Rutulorum dux, Troianorum classem exurere conatur 340.
Typhon gigas 130.
Tyrrheni in Delphines 94.

V

Venus Adonim amat 260. Veneris cum Marte adulterium 102.
Vertumnus in anum conuersus amat Pomonam 344.
Vlysses & Aiax contendunt 304. Vlyssi Achillis arma dantur tanquam digniori 304. 306. 308.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

308. eius ſocij à Polyphemo deuorantur 332. & à Circe in porcos mutantur 334.
Vulcanus deorum faber Martem cum Venere catenis tenuiſſimis implicat 102. arma Achilli fabricat 306.

Z

Zethes filius Boreæ, alatus 156.

FINIS.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## APPROBATIO.

*IN his Ouidij Metamorphosibus, soluta oratione & breuibus argumentis expositis, atq; viuis fabularũ Iconibus in æs incisis effiguratis, quod sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Catholicæ religioni, vel Regiæ Maiestati contrarium est, continetur nihil; sed propter singularem vtilitatem hoc Poëticarum Fabularum Enchiridion elaboratissimum dignum esse vt & imprimatur, & abomnibus studiosis Poëseos, & pictoribus diligenter legatur & inspectetur, iudico. Datum Antuerpiæ, Anno 1590. x. cal. Nouemb.*

Ita est, D. Henricus Zibertus Dunghæus, S. Theol. Doctor, Canonicus Cathedralis Ecclesiæ B. Mariæ virg. librorum Censor.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

HAE Metamorphoses Ouidij, cum argumentis & figuris, poterunt imprimi absque scandalo & periculo, cùm eas visitauerim, & nihil quod impressioni obstet, repererim. Datum Antuerpiæ, hac 26. Ianuarij, Anno 1591.

*Michael Hetsroey Bruegelius,*
*Visitator librorum.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

FIGVRAS *istas Metamorphoseos, cum suis argumentis, vtiliter imprimi posse sine scandalo, iudico, cùm nihil contra honestatem & probitatem publicam contineant. Antuerpiæ, hac 26. Ianuarij. 1591.*

Henricus Costerius, Cathed. Ecclesiæ B. V. Mariæ Pastor, & Censor.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## SVMMA PRIVILEGII.

REGIS Priuilegio cautum eſt, ne quis citra conſenſum Ioannis Moreti Typographi Antuerpienſis, has Ouidij Metamorphoſes cum argumentis breuibus ex Luctatio Grammatico collectis, & viuis transformationum iconibus in æs inciſis, quouis modo intra ſexennium imprimat, vel alibi impreſſas in has regiones importet; aut vendat, ſub pœna contenta in ipſo diplomate Bruxellis dato XV. Nouemb. M. D. XC.

*Signat.*

I. de Buſchere

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute